# DELLE OPERE DI DANTE ALIGHIERI TOMO PRIMO [-SECONDO] ... CON LE ANNOTAZIONI...

Dante Alighieri



# DELLE OPERE DI DANTE ALIGHIERI.

# DELLE OPERE DI DANTE ALIGHIERI

## TOMO SECONDO

Contenente il Trattato dell' Eloquenza Latino, ed Italiano,

LA PISTOLA ALL' IMPERADORE ARRIGO DI LUZIMBURGO,

Il Trattato de Monarchia, le Rime, li Salmi Penitenziali, ed il Credo.




IN VENEZIA

MDCCLXXII.

Appresso Giambatista Pasquali.

CON LICENZA DE' SUPERIORI, E PRIVILEGIO.

# DANTE
## DE LA VOLGARE ELOQUENZA.

*Col Testo latino a Colonna.*

# LIBRO PRIMO
## DE LA
## VOLGARE ELOQUENZIA
# DI DANTE ALIGIERI
## CAPITOLO PRIMO.

*Che cosa sia il parlar Volgare, e come è differente dal Grammaticale.*

NOn ritrovando io, che alcuno avanti me abbia de la Volgare Eloquenzia niuna cosa trattato; e vedendo questa cotal Eloquenzia essere veramente necessaria a tutti; conciò sia che ad essa non solamente gli uomini, ma ancora le femine, et i piccioli fanciulli, in quanto la natura permette, si sforzino pervenire; e volendo alquanto lucidare la discrezione di coloro, i quali come ciechi passeggiano per le piazze, e pensano spesse volte, le cose posteriori essere anteriori, con lo ajuto, che Dio ci manda dal Cielo, ci sforzaremo di dar giovamento al parlare de le genti volgari; nè solamente l'acqua del nostro ingegno a sì fatta bevanda pigliaremo; ma ancora pigliando, overo compilando le cose migliori da gli altri, quelle con le nostre mescoleremo, acciò che d'indi possiamo dar bere uno dolcissimo idromele. Ora perciò che ciascuna dottrina deve non provare, ma aprire il suo suggetto, acciò si sappia, che cosa sia quella, ne la quale essa dimora, dico, che 'l parlar Volgare chiamo quello, nel quale i fanciulli sono assuefatti dagli assistenti, quando primieramente cominciano a distinguere le voci, overo, come più brevemente si può dire: Il Volgar parlare affermo essere quello, il quale senz'altra regola imitando la Balia, s'apprende. Eccoci ancora un altro secondo parlare, il quale i Romani chiamano Grammatica; e questo secondario hanno parimente i Greci, et altri, ma non tutti; perciò che pochi a l'abito di esso pervengono; Conciò sia cosa che se non per spazio di tempo, et assiduità di studio si ponno prendere le regole, e la

# DANTIS ALIGERII
# DE
# VULGARI ELOQUIO, SIVE IDIOMATE
## *LIBER PRIMUS.*
## CAPUT I.

CUM neminem ante nos de Vulgaris Eloquentiae doctrina, quicquam inveniamus tractasse, atque talem scilicet Eloquentiam penitus omnibus necessariam videamus, cum ad eam non tantum viri, sed etiam mulieres, & parvuli nitantur, in quantum Natura permittit: volentes discretionem aliqualiter lucidare illorum, qui tanquam caeci ambulant per plateas, plerumque anteriora posteriora putantes: Verbo aspirante de caelis, locutioni vulgarium gentium prodesse tentabimus: non solum aquam nostri ingenii ad tantum poculum haurientes, sed accipiendo, vel compilando ab aliis, potiora miscentes, ut exinde potionare possimus dulcissimum ydromellum. Sed quia unamquanque doctrinam oportet non probare, sed suum aperire subjectum, ut sciatur quid sit, super quod illa versatur, dicimus celeriter attendentes, quod Vulgarem locutionem appellamus eam, qua infantes adsuefiunt ab adsistentibus, cum primitus distinguere voces incipiunt: vel quod brevius dici potest, Vulgarem locutionem asserimus, quam sine omni regula nutricem imitantes, accipimus. Est & inde alia locutio secundaria nobis, quam Romani Grammaticam vocaverunt. Hanc quidem secundariam Graeci habent, & alii, sed non omnes; ad habitum vero hujus pauci perveniunt, quia non nisi per spatium temporis, & studii assiduitatem re-

e la dottrina di lui. Di questi dui parlari adunque il Volgare è più nobile, sì perchè fu il primo, che fosse da l'umana generazione usato, sì eziandio perchè di esso tutto'l mondo ragiona, avegna che in diversi vocaboli, e diverse prolazioni sia diviso; sì ancora per essere naturale a noi, essendo quell' altro artificiale, e di questo più nobile è la nostra intenzione di trattare.

*Che l'uomo solo ha il comercio del parlare.* Cap. II.

QUesto è il nostro vero, e primo parlare; non dico nostro, perchè altro parlar ci sia che quello de l'uomo; perciò che fra tutte le cose, che sono, solamente a l'uomo fu dato il parlare, sendo a lui necessario solo; certo non a gli Angeli, non a gli animali inferiori fu necessario parlare; adunque sarebbe stato dato in vano a costoro, non avendo bisogno di esso. E la natura certamente abborrisce di fare cosa alcuna in vano. Se volemo poi sottilmente considerare la intenzione del parlar nostro, niun' altra ce ne troveremo, che il manifestare ad altri i concetti de la mente nostra. Avendo adunque gli Angeli prontissima, et ineffabile sufficienzia d'intelletto da chiarire i loro gloriosi concetti, per la qual sufficienzia d'intelletto l' uno è totalmente noto a l'altro, overo per se, o almeno per quel fulgentissimo specchio, nel quale tutti sono rappresentati bellissimi, et in cui avidissimi si specchiano; per tanto pare, che di niuno segno di parlare abbiano avuto mestieri. Ma chi opponesse a questo, allegando quei spiriti, che cascarono dal Cielo; a tale opposizione doppiamente si può rispondere. Prima che quando noi trattiamo di quelle cose, che sono a bene essere, devemo essi lasciar da parte, conciò sia che questi perversi non volsero espettare la divina cura. Seconda risposta, e meglio è, che questi Demonj a manifestare fra se la loro perfidia, non hanno bisogno di conoscere, se non qualche cosa di ciascuno, perchè è, e quanto è, il che certamente sanno: perciò che si conobbero l'un l'altro avanti la ruina loro. A gli animali inferiori poi non fu bisogno provedere di parlare; conciò sia che per solo istinto di natura siano guidati. E poi tutti quelli animali, che sono di una medesima specie, hanno le medesime azioni, e le medesime passioni; per le quali loro

*gulamur, & doctrinamur in illa. Harum quoque duarum nobilior est Vulgaris, tum quia prima fuit humano generi usitata, tum quia totus orbis ipsa perfruitur, licet in diversas prolationes, & vocabula sit divisa; tum quia naturalis est nobis, cum illa potius artificialis existat; & de hac nobiliori nostra est intentio pertractare.*

## Quod solus homo habet commercium sermonis.

*HAec est nostra vera prima locutio: non dico autem, nostra, ut aliam sit esse locutionem, quam hominis: nam eorum, quæ sunt, omnium soli homini datum est loqui, cum solum sibi necessarium fuit. Non Angelis, non inferioribus animalibus necessarium fuit loqui: sed nequicquam datum fuisset eis: quod nempe facere Natura abhorret. Si etenim perspicuciter consideramus, quid cum loquimur intendamus, patet, quod nihil aliud, quam nostræ mentis enucleare aliis conceptum. Cum igitur Angeli ad pandendas gloriosas eorum conceptiones habeant promptissimam, atque ineffabilem sufficientiam intellectus, qua vel alter alteri totaliter innotescit per se, vel saltem per illud fulgentissimum speculum, in quo cuncti repraesentantur pulcerrimi, atque avidissimi speculantur: nullo signo locutionis indiguisse videntur. Et si objiciatur de iis, qui corruere Spiritibus, dupliciter responderi potest. Primo quod cum de his, quae necessaria sunt ad bene esse tractamus, eos praeterire debemus, cum divinam curam perversi expectare noluerunt. Vel secundo; & melius, quod ipsi Daemones ad manifestandam inter se perfidiam suam non indigent, nisi ut sciant quilibet de quolibet, quia est, & quantus est: quod quidem sciunt; cognoverunt enim se invicem ante ruinam suam. Inferioribus quoque animalibus, cum solo naturae instinctu ducantur, de locutione non oportuit provideri, nam omnibus ejusdem speciei sunt iidem actus, & passiones: & sic possunt per proprios alienos cognoscere. Inter ea vero, quae diversarum sunt specierum, non solum*

ro proprietà possono le altrui conoscere; ma a quelli che sono di diverse specie, non solamente non fu necessario loro il parlare, ma in tutto dannoso gli sarebbe stato, non essendo alcuno amicabile comercio tra essi. E se mi fosse opposto, che'l Serpente, che parlò a la prima femina, e l'Asina di Balaam abbiano parlato, a questo rispondo, che l'Angelo ne l'Asina, et il Diavolo nel Serpente hanno talmente operato, che essi animali mossero gli organi loro, e così d'indi la voce risultò distinta, come vero parlare; non che quello de l'Asina fosse altro che raggiare, e quello del Serpente altro che fischiare. Se alcuno poi argumentasse da quello, che Ovidio disse nel quinto de la Metamorfosi, che le piche parlarono; dico che egli dice questo figuratamente, intendendo altro: ma se si dicesse, che le piche al presente, et altri uccelli parlano, dico ch'egli è falso; perciò che tale atto non è parlare, ma è certa imitazione del suono de la nostra voce; overo che si sforzano d'imitare noi in quanto soniamo, ma non in quanto parliamo. Tal che se a quello che alcuno espressamente dicesse, ancora la pica ridicesse, questo non sarebbe se non rappresentazione, overo imitazione del suono di quello, che prima avesse detto. E così appare, a l'uomo solo essere stato dato il parlare; ma per qual cagione esso gli fosse necessario, ci sforzeremo brievemente trattare.

*Che fu necessario a l'uomo il comercio del parlare*. Cap. III.

MOvendosi adunque l'uomo, non per istinto di natura, ma per ragione; et essa ragione o circa la separazione, o circa il giudizio, e circa la elezione diversificandosi in ciascuno, tal che quasi ogni uno de la sua propria specie s'allegra; giudichiamo, che niuno intenda l'altro per le sue proprie azioni, o passioni, come fanno le bestie; nè anche per speculazione l'uno può intrar ne l'altro, come l'Angelo, sendo per la grossezza, et opacità del corpo mortale la umana specie da ciò ritenuta. Fu adunque bisogno, che volendo la generazione umana fra se comunicare i suoi concetti, avesse qualche segno sensuale, e razionale; perciò che dovendo prendere una cosa da la ragione, e ne la ragione portarla, bisognava essere razionale; ma non potendosi alcuna cosa di

una

*non necessaria fuit locutio, sed prorsus damnosa fuisset; cum nullum amicabile commercium fuisset in illis. Et si objiciatur de Serpente loquente ad primam mulierem; vel de Asina Balaam; quod locuti sint; ad hoc respondemus, quod Angelus in illa, & Diabolus in illo taliter operati sunt, quod ipsa animalia moverent organa sua, sicut vox inde resultavit distincta, tanquam vera locutio: non quod aliud esset Asinae illud quam rudere, nec quam sibillare Serpenti. Si vero contra argumentetur quis de eo, quod Ovidius dicit in 5. Metamorph. de Picis loquentibus; dicimus quod hoc figurate dicit; aliud intelligens. Et si dicatur quod Picae adhuc, & aliae aves loquuntur; dicimus quod falsum est; quia talis actus locutio non est, sed quaedam imitatio soni nostrae vocis, vel quod nituntur imitari, nos, in quantum sonamus, sed non in quantum loquimur. Unde si expresse dicenti Pica, resonaret etiam Pica, non esset hic nisi repraesentatio, vel imitatio soni illius, qui prius dixisset. Et sic patet soli homini datum fuisse loqui. Sed quare necessarium sibi foret; breviter pertractare conemur.*

## Quod necessarium fuit homini commercium sermonis.

CUM *igitur homo non naturae instinctu, sed ratione moveatur, & ipsa ratio vel circa discretionem, vel circa judicium, vel circa electionem diversificetur in singulis, adeo ut fere quilibet sua propria specie videatur gaudere per proprios actus, vel passiones, ut brutum animal, neminem alium intelligere opinamur; nec per spiritualem speculationem, ut Angelum, alterum alterum introire contingit: cum grossitie, atque opacitate mortalis corporis humanus spiritus sit obtentus. Oportuit ergo genus humanum ad communicandum inter se conceptiones suas, aliquod rationale signum, & sensuale habere; quia cum aliquid a ratione accipere habeat, & in rationem portare, rationale esse oportuit: cumque de*

una ragione in un'altra portare, se non per il mezo del sensuale, fu bisogno essere sensuale; perciò che se'l fosse solamente razionale, non potrebbe trapassare; se solo sensuale, non potrebbe prendere da la ragione, nè ne la ragione deporre. E questo è segno, che il subietto, di che parliamo, è nobile; perciò che in quanto suono, egli è una cosa sensuale; et in quanto che secondo la volontà di ciascuno significa qualche cosa, egli è razionale.

*A che uomo fu prima dato il parlare, e che disse prima, et in che lingua.* Cap. IV.

MAnifesto è per le cose già dette, che a l'uomo solo fu dato il parlare. Ora istimo, che appresso debbiamo investigare, a chi uomo fu prima dato il parlare, e che cosa prima disse, e a chi parlò, e dove, e quando, et eziandio in che linguaggio il primo suo parlare si sciolse. Secondo che si legge ne la prima parte del Genesis, ove la sacratissima Scrittura tratta del principio del mondo, si truova la femina prima, che niun'altro aver parlato, cioè la presontuosissima Eva, la quale al Diavolo, che la ricercava, disse, Dio ci ha commesso, che non mangiamo del frutto del legno, che è nel mezo del Paradiso, e che non lo tocchiamo; acciò che per aventura non moriamo. Ma avegna che in scritto si trovi la donna aver primieramente parlato, nondimeno è ragionevol cosa, che crediamo, che l'uomo fosse quello, che prima parlasse. Nè cosa inconveniente mi pare il pensare, che così eccellente azione de la generazione umana prima da l'uomo, che da la femina procedesse. Ragionevolmente adunque crediamo ad esso essere stato dato primieramente il parlare da Dio subito che l'ebbe formato. Che voce poi fosse quella, che parlò prima, a ciascuno di sana mente può esser in pronto; et io non dubito, che la fosse quella, che è Dio, cioè *Eli*, overo per modo d'interrogazione, o per modo di risposta. Assurda cosa veramente pare, e da la ragione aliena, che da l'uomo fosse nominato cosa alcuna prima, che Dio; conciò sia che da esso, et in esso fosse fatto l'uomo. E sì come dopo la prevaricazione de l'umana generazione ciascuno esordio

*una ratione in aliam nihil deferri possit nisi per medium sensuale, sensuale esse oportuit; quia si tantum rationale esset, pertransire non posset: si tantum sensuale, nec a ratione accipere, nec in rationem deponere potuisset. Hoc equidem signum est, ipsum subjectum nobile, de quo loquimur, natura sensuale quidem, in quantum sonus est, esse, rationale vero, in quantum aliquid significare videtur ad placitum.*

## Cui homini primum datus est sermo, quid primo dixit, & sub quo idiomate.

*Soli homini datum fuit, ut loqueretur, ut ex praemissis manifestum est. Nunc quoque investigandum esse existimo, cui hominum primo locutio data sit, & quid primitus locutus fuerit, & ad quem, & ubi, & quando, nec non & sub quo idiomate primiloquium emanavit. Secundum quidem, quod in principio legitur Genesis, ubi de primordio mundi sacratissima Scriptura pertractat, Mulierem invènitur ante omnes fuisse locutam, scilicet praesumptuosissimam Evam, cum Diabolo sciscitanti respondit: De fructu lignorum, quae sunt in Paradiso vescimur; de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, praecepit nobis Deus ne comederemus, nec tangeremus, ne forte moriamur. Sed quamquam mulier in scriptis prius inveniatur locuta, rationabile tamen est, ut hominem prius locutum fuisse credamus: nec inconvenienter putatur tam egregium humani generis actum prius a viro, quam a foemina profluisse. Rationabiliter ergo credimus ipsi Adae prius datum fuisse loqui ab eo, qui statim ipsum plasmaverat. Quod autem prius vox primi loquentis sonaverit, viro sanae mentis in promptu esse, non titubo, ipsum fuisse, quod Deus est, scilicet* El, *vel per modum interrogationis, vel per modum responsionis. Absurdum, atque rationi videtur orrificum, ante Deum ab homine quicquam nominatum fuisse, cum ab ipso, & per ipsum factus fuisset homo. Nam sicut post praevaricatio-*

dio di parlare comincia da *heu*; così è ragionevol cosa, che quello, che fu davanti, cominciasse da allegrezza; e conciò sia che niun gaudio sia fuori di Dio, ma tutto in Dio, et esso Dio tutto sia allegrezza, conseguente cosa è, che 'l primo parlante dicesse primieramente, Dio. Quindi nasce questo dubbio, che avendo di sopra detto, l'uomo aver prima per via di risposta parlato, se risposta fu, devette esser a Dio, e se a Dio, parrebbe, che prima avesse parlato il che parebbe contra quello, che avemo detto di sopra. Al qual dubbio rispondemo, che ben può l'uomo aver risposto a Dio, che lo interrogava, nè per questo Dio aver parlato di quella loquela, che dicemo. Qual è colui, che dubiti, che tutte le cose, che sono, non si pieghino secondo il voler di Dio, da cui è fatta, governata, e conservata ciascuna cosa? E con ciò sia che l'aere a tante alterazioni per comandamento de la natura inferiore si muova, la quale è ministra, e fattura di Dio, di maniera che fa risuonare i troni, fulgurare il fuoco, gemere l'acqua, e sparge le nevi, e slancia la grandine, non si moverà egli per comandamento di Dio a far risonare alcune parole, le quali siano distinte da colui, che maggior cosa distinse? e perchè nò? Là onde et a questo, & ad alcune altre cose crediamo tale risposta bastare.

*Dove, et a cui prima l'uomo abbia parlato.* Cap. V.

GIudicando adunque (non senza ragione tratta così da le cose superiori, come da le inferiori) che l'uomo drizzasse il suo primo parlare primieramente a Dio, dico, che ragionevolmente esso primo parlante parlò subito, che fu da la virtù animante ispirato: perciò che ne l'uomo crediamo, che molto più cosa umana sia l'essere sentito, che il sentire, pur che egli sia sentito, e senta come uomo. Se adunque quel primo fabbro di ogni perfezione principio, et amatore inspirando il primo uomo, con ogni perfezione compì, ragionevole cosa mi pare, che questo perfettissimo animale non prima cominciasse a sentire, che 'l fosse sentito. Se alcuno poi dicesse contra le objezioni, che non era bisogno, che l'uomo parlasse, essendo egli solo; e che Dio ogni nostro secreto senza

par-

*tionem humani generis quilibet exordium suae locutionis incipit ab* heu, *rationabile est, quod ante qui fuit, inciperet a gaudio; & quod nullum gaudium sit extra Deum, sed totum in Deo, & ipse Deus totus sit gaudium, consequens est, quod primus loquens, primo, & ante omnia dixisset,* Deus. *Oritur & hic ista quaestio, cum dicimus superius, per viam responsionis hominem primum fuisse locutum: si responsio fuit ad Deum; nam si ad Deum fuit, jam videretur, quod Deus locutus extitisset, quod contra superius praelibata videtur insurgere. Ad quod quidem dicimus, quod bene potuit respondisse, Deo interrogante, nec propter hoc Deus locutus est ipsam quam dicimus locutionem. Quis enim dubitat quicquid est, ad Dei nutum esse flexibile? quo quidem facta, quo conservata, quo etiam gubernata sunt omnia. Igitur cum ad tantas alterationes moveatur aer imperio naturae inferioris, quae ministra, & factura Dei est, ut tonitrua personeat, ignem fulgoreat, aquam gemat, spargat nivem, grandines lancinet; nonne imperio Dei movebitur ad quaedam sonare verba, ipso distinguente, qui majora distinxit? quidni? Quare ad hoc, & ad quaedam alia haec sufficere credimus.*

## Ubi, & cui primum homo locutus sit.

*OPinantes autem non sine ratione tam ex superioribus, quam inferioribus sumpta, ad ipsum Deum primitus primum hominem direxisse locutionem, rationabiliter diximus ipsum loquentem primum, mox, postquam afflatus est ab animante virtute, incunctanter fuisse locutum. Nam in homine sentiri humanius credimus, quam sentire, dummodo sentiatur, & sentiat tanquam homo. Si ergo faber ille, atque perfectionis principium, & amator, afflando, primum hominem omni perfectione complevit, rationabile nobis apparet, nobilissimum animal non ante sentire, quam sentiri coepisse. Si quis vero fatetur contra objiciens, quod non oportebat illum loqui, cum solus adhuc homo existe-*

*ret,*

parlare, et anco prima di noi discerne. Ora ( con quella riverenzia, la quale devemo usare ogni volta, che qualche cosa de l' eterna volontà giudichiamo ) dico, che avegna che Dio sapesse, anzi antivedesse ( che è una medesima cosa quanto a Dio ) il concetto del primo parlante senza parlare, non dimeno volse, che esso parlasse; acciò che ne la esplicazione di tanto dono, colui che graziosamente glielo avea donato, se ne gloriasse. E perciò devemo credere, che da Dio proceda, che ordinato l'atto de i nostri affetti, se ne allegriamo. Quinci possiamo ritrovare il luoco, nel quale fu mandata fuori la prima favella; perciò che se fu animato l'uomo fuori del Paradiso, diremo che fuori, se dentro, diremo che dentro fu il luoco, del suo primo parlare.

*Di che Idioma prima l' uomo parlò.*
Cap. VI.

ORa perchè i negozj umani si hanno ad esercitare per molte, e diverse lingue, al che molti per le parole non sono altrimente intesi da molti, che se fussero senza esse; però fia buono investigare di quel parlare, del quale si crede aver usato l'uomo, che nacque senza madre, e senza latte si nutrì, e che ne pupilare età vide, nè adulta. In questa cosa sì come in altre molte, Pietra mala è amplissima città, è patria de la maggior parte de i figliuoli di Adamo, però qualunque si ritruova essere di così disonesta ragione, che creda, che il luogo de la sua nazione sia il più delizioso, che si trovi sotto il Sole, a costui parimente sarà licito preporre il suo proprio vulgare, cioè la sua materna locuzione a tutti gli altri; e conseguentemente credere essa essere stata quella di Adamo. Ma noi, a cui il mondo è patria, sì come a' pesci il mare, quantunque abbiamo bevuto l' acqua d' Arno avanti che avessimo denti, e che amiamo tanto Fiorenza, che per averla amata, patiamo ingiusto esiglio, non dimeno le spalle del nostro giudizio più a la ragione, che al senso appoggiano. E benchè secondo il piacer nostro, overo secondo la quiete de la nostra sensualità, non sia in terra loco più ameno di Fiorenza; pure rivolgendo i volumi de' Poeti, e degli altri Scrittori, ne i quali il mondo universalmente, e particularmente si descrive, e di-

*ret , & Deus omnia sine verbis arcana nostra discernat , etiam ante quam nos ; cum illa reverentia dicimus , qua uti oportet , cum de aeterna voluntate aliquid judicamus , quod licet Deus sciret , imo praesciret ( quod idem est quantum ad Deum ) absque locutione conceptum primi loquentis , voluit tamen , & ipsum loqui , ut in explicatione tantae dotis gloriaretur ipse , qui gratis dotaverat , & ideo divinitus in nobis esse , credendum est , quod actu nostrorum affectuum ordinato laetamur , & hinc penitus eligere possumus locum illum , ubi effutita est prima locutio : quoniam si extra Paradisum afflatus est homo , extra ; si vero intra , intra fuisse locum primae locutionis convicimus .*

Sub quo idiomate primum locutus est homo,
& unde fuit auctor hujus operis.

*QUoniam permultis , ac diversis idiomatibus negotium exercitatur humanum , ita quod multi multis non aliter intelliguntur per verba , quam sine verbis , de idiomate illo venari nos decet , quo vir sine matre , vir sine lacte , qui neque pupillarem aetatem , nec vidit adultam , creditur ejus . In hoc , sicut etiam in multis aliis Petramala civitas amplissima est , & patria majori parti filiorum Adam . Nam quicunque tam obscenae rationis est , ut locum suae nationis delitiosissimum credat esse sub Sole , huic etiam prae cunctis proprium vulgare licebit , idest maternam locutionem , praeponere : & per consequens credere ipsum fuisse illud , quod fuit Adae . Nos autem cui mundus est patria , velut piscibus aequor , quamquam Sarnum biberimus ante dentes , & Florentiam adeo diligamus , ut quia dileximus , exilium patiamur injuste , ratione magis , quam sensu , spatulas nostri judicii podiamus : & quamvis ad voluptatem nostram , sive nostrae sensualitatis quietem , in terris amaenior locus , quam Florentia non existat , revolventes & Poetarum , & aliorum Scriptorum volumina , quibus mundus universaliter , & membratim describitur , ratio-*

difcorrendo fra noi i varj fiti de i luoghi del mondo, e le abitudini loro tra l'uno, e l'altro polo, e 'l circolo equatore, fermamente comprendo, e credo, molte regioni, e città effere più nobili, e deliziofe, che Tofcana, e Fiorenza, ove fon nato, e di cui fon cittadino; e molte nazioni, e molte genti ufare più dilettevole, e più utile fermone, che gli Italiani. Ritornando adunque al propofito, dico che una certa forma di parlare fu creata da Dio infieme con l'anima prima, e dico, forma, quanto a i vocaboli de le cofe, e quanto al proferir de le conftruzioni; la quale forma veramente ogni parlante lingua uferebbe, fe per colpa de la profunzione umana non foffe ftata diffipata, come di fotto fi moftrerà. Di quefta forma di parlare parlò Adamo, e tutti i fuoi pofteri fino a la edificazione della torre di Babel, la quale fi interpreta la torre de la confufione. Quefta forma di locuzione hanno ereditato i figliuoli di Eber, i quali da lui furono detti Ebrei, a cui foli dopo la confufione rimafe, acciò che il noftro Redentore, il quale dovea nafcere di loro, ufaffe fecondo la umanità de la lingua de la grazia, e non di quella de la confufione. Fu adunque lo Ebraico idioma quello, che fu fabbricato da le labbra del primo parlante.

*De le divifioni del parlare in più lingue*. Cap. VII.

AHi come gravemente mi vergogno di rinovare al prefente la ignominia de la generazione umana; ma perciò che non poffiamo lafciar di paffare per effa, fe ben la faccia diventa roffa, e l' animo la fugge, non ftarò di narrarla. O noftra natura fempre prona a i peccati, o da principio, e che mai non finifce, piena di nequizia; non era ftato affai per la tua corruttela, che per lo primo fallo fofti cacciata, e ftefti in bando de la patria de le delicie? non era affai, non era affai, che per la univerfale lufuria, e crudeltà de la tua famiglia, tutto quello che era di te, fuor che una cafa fola, fuffe dal diluvio fommerfo, e per il male, che tu avevi commeffo gli animali del cielo, e de la terra fuffeno già ftati pu-

*ziocinanteſque in nobis ſituationes varias mundi locorum, & eorum habitudinem ad utrunque polum, & circulum aequatorem, multas eſſe perpendimus, firmiterque cenſemus, & magis nobiles, & magis delitioſas & regiones, & urbes, quam Thuſciam, & Florentiam, unde ſum oriundus, & civis, & pleraſque nationes, & gentes delectabiliori, atque utiliori ſermone uti, quam Latinos.* Redeuntes igitur *ad propoſitum dicimus, certam formam locutionis a Deo cum anima primam concreatam fuiſſe, dico autem formam, & quantum ad rerum vocabula, & quantum ad vocabulorum conſtructionem, & quantum ad conſtructionis prolationem, qua quidem forma omnis lingua loquentium uteretur, niſi culpa praeſumptionis humanae diſſipata fuiſſet, ut inferius oſtendetur. Hac forma locutionis locutus eſt Adam, hac forma locutionis locuti ſunt omnes poſteri ejus uſque ad aedificationem turris Babel, quae turris confuſionis interpretatur; hanc formam locutionis hereditati ſunt filii Heber, qui ab eo dicti ſunt Hebraei. Iis ſolis poſt confuſionem remanſit, ut Redemptor noſter, qui ex illis oriturus erat ſecundum humanitatem, non lingua confuſionis, ſed gratiae frueretur. Fuit ergo Hebraicum idioma id, quod primi loquentis labia fabricaverunt.*

## De diviſione ſermonis in plures linguas.

D*Iſpudet heu nunc humani generis ignominiam renovare, ſed quia praeterire non poſſumus, quin tranſeamus per illam (quamquam rubor in ora conſurgat animuſque refugiat) percurremus. O ſemper natura noſtra prona peccatis, o ab initio, & nunquam deſinens nequitatrix. Num fuerat ſatis ad tui corruptionem, quod per primam praevaritionem eluminata delitiarum exulabas a patria? Num ſatis quod per univerſalem famliae tuae luxuriem, & trucitatem unica reſervata domo quicquid tui juris erat cataclyſmo perierat? & poenas malorum, quae commiſeras tu, animalia caelique terraeque jam luerant? quippe ſatis extiterat; ſed*

*ſicut*

puniti ? certo assai sarebbe stato ; ma come proverbialmente si suol dire : Non andrai a cavallo anzi la terza ; e tu misera volesti miseramente andare a cavallo. Ecco, lettore, che l'uomo, o vero scordato, o vero non curando de le prime battiture, e rivolgendo gli occhi da le sferze, che erano rimase, venne la terza volta alle botte, per la sciocca sua, e superba prosunzione. Presunse adunque nel suo cuore lo incurabile uomo sotto persuasione di gigante di superare con l'arte sua non solamente la natura, ma ancora esso naturante, il quale è Dio ; e cominciò ad edificare una torre in Sennaar, la quale poi fu detta Babel, cioè confusione, per la quale sperava di ascender al Cielo, avendo intenzione lo sciocco, non solamente di aguagliare, ma di avanzare il suo fattore. O clemenzia senza misura del celeste imperio ; qual padre sosterrebbe tanti insulti dal figliuolo? Ora innalzandosi non con inimica sferza, ma con paterna, et a battiture assueta, il ribellante figliuolo con piatosa, e memorabile correzione castigò. Era quasi tutta la generazione umana a questa opera iniqua concorsa ; parte comandava, parte erano architetti, parte facevano muri, parte i piombavano, parte tiravano le corde, parte cavavano sassi, parte per terra, parte per mare li conducevano. E così diverse parti in diverse altre opere s'affaticavano, quando furono dal Cielo di tanta confusione percossi, che dove tutti con una istessa loquela servivano a l'opera, diversificandosi in molte loquele, da essa cessavano, nè mai a quel medesimo comercio convenivano ; et a quelli soli, che in una cosa convenivano, una istessa loquela attualmente rimase, come a tutti gli architetti una, a tutti i conduttori di sassi una, a tutti i preparatori di quegli una, e così avvenne di tutti gli operanti, tal che di quanti varj esercizj erano in quell'opera, di tanti varj linguaggi fu la generazione umana disgiunta. E quanto era più eccellente l'artificio di ciascuno, tanto era più grosso, e barbaro il loro parlare. Quelli poscia, a li quali il sacrato idioma rimase, nè erano presenti, nè lodavano lo esercizio loro ; anzi gravemente biasimandolo, si ridevano de la sciocchezza de gli operanti : ma questi furono una minima parte di quelli quanto al numero ; e furono, sì come io comprendo, del seme di Sem, il quale fu il terzo figliuolo di Noè, da cui nacque il popolo d'Israel, il quale usò de la antiquissima locuzione fino a la sua dispersione.

Sor-

*sicut proverbialiter dici solet, Non ante tertium equitabis, misera miserum venire maluisti ad equum. Ecce, lector, quod vel oblitus homo, vel vilipendens disciplinas priores, & avertens oculos a vibicibus, quae remanserant, tertio insurrexit ad verbera per superbiam, stultitiam praesumendo. Praesumpsit ergo in corde suo incurabilis homo sub persuasione gigantis arte sua non solum superare Naturam, sed & ipsum Naturantem, qui Deus est; & coepit aedificare turrim in Sennar, quae postea dicta est Babel. Haec est confusio, per quam caelum sperabat ascendere: intendens inscius non aequare, sed suum superare factorem. O sine mensura clementia caelestis imperii, quis pater tot sustineret insultus a filio? Sed exsurgens, non hostili scutica, sed paterna, & alias verberibus assueta rebellantem filium pia correctione, necnon memorabili castigavit: si quidem pene totum humanum genus ad opus iniquitatis cojerat; pars imperabant, pars architectabantur, pars muros moliebantur, pars amysibus, pars tuillis liniebant, pars scindere rupes, pars mari, pars terrae intendebant vehere, partesque diversae diversis aliis operibus indulgebant, cum caelitus tanta confusione percussi sunt, ut qui omnes una, eademque loquela deserviebant ad opus, ab opere multis diversificati loquelis desinerent, & nunquam ad idem commercium convenirent. Solis etenim in uno convenientibus actu eadem loquela remansit, puta cunctis architectoribus una, cunctis sana volventibus una, cunctis ea parantibus una, & sic de singulis operantibus accidit: quotquot autem exercitii varietates tendebant ad opus; tot tot idiomatibus tunc genus humanum disjungitur. Et quanto excellentius exercebant, tanto rudius nunc, & barbarius loquuntur; quibus autem sanctum idioma remansit, nec aderant, nec exercitium commendabant, sed graviter detestantes, stoliditatem operantium deridebant. Sed haec minima pars quantum ad numerum fuit de semine Sem, sicut conjicio, qui fuit tertius filius Noe: de qua quidem ortus est populus Israel, qui antiquissima locutione sunt usi usque ad suam dispersionem.*

*Sottodivisione del parlare per il mondo, e specialmente in Europa.* Cap. VIII.

PEr la detta precedente confusione di lingue non leggiermente giudichiamo; che allora primieramente gli uomini furono sparsi per tutti i clima del mondo, e per tutte le regioni, et anguli di esso. E conciò sia che la principal radice de la propagazione umana sia ne le parti Orientali piantata, e d'indi da l'uno, e l'altro lato per palmiti variamente diffusi fu la propagazione nostra distesa, e finalmente in fino a l'Occidente prodotta; là onde primieramente le gole razionali gustarono, o tutti, o almen parte de i fiumi di tutta Europa. Ma o fussero forestieri questi, che allora primieramente vennero, o pur nati prima in Europa, ritornassero ad essa; questi cotali portarono tre idiomi seco; e parte di loro ebbeno in sorte la regione Meridionale di Europa, parte la Settentrionale; et i terzi, i quali al presente chiamiamo Greci, parte de l'Asia, e parte de l'Europa occuparono. Poscia da uno istesso idioma da la immunda confusione ricevuto, nacquero diversi Volgari, come di sotto dimostreremo; perciò che tutto quel tratto, che da la foce del Danubio, o vero da la palude Meotide, fino a le fine Occidentali, le quali da i confini d'Inghilterra, Italia, e Franza, e da l'Oceano sono terminate, tenne uno solo idioma, avegna che poi per Schiavoni, Ungari, Tedeschi, Sassoni, Inglesi, et altre molte nazioni fosse in diversi Volgari derivato; rimanendo questo solo per segno, che avessero un medesimo principio, che quasi tutti i predetti volendo affirmare dicono *Jo.* Cominciando poi dal termine di questo idioma, cioè da le fine de gli Ungari verso Oriente, un altro Idioma tutto quel tratto occupò; quel poi, che da questi in qua si chiama Europa, e più oltra si stende, overo tutto quello de la Europa, che resta, tenne un terzo idioma, avegna che al presente tripartito si veggia; perciò che volendo affirmare, altri dicono *Oc*, altri *Oi*, et altri *Sì*, cioè Spagnuoli, Francesi, et Italiani. Il segno adunque, che i tre Volgari di costoro procedessero da uno istesso idioma, è in pronto; perciò che molte cose chiamano per i medesimi vocaboli, come è Dio, Cielo, Amore, Mare, Terra, e Vive, Muore, Ama,

## Subdivisio idiomatis per orbem, & praecipue in Europa.

*EX praecedenti memorata confusione linguarum non leviter opinamur per universa mundi climata, climatumque plagas incolendas, & angulos, tunc homines primum fuisse dispersos. Et cum radix humanae propaginis principaliter in oris Orientalibus sit plantata; nec non ab inde ad utrumque latus per diffusos multipliciter palmites nostra sit extensa propago: demumque ad fines Occidentales protracta, unde primitus tunc vel totius Europae flumina, vel saltem quaedam rationalia guttura potaverunt. Sed sive advenae tunc primitus advenissent, sive ad Europam indigenae repedissent, idioma secum trifarium homines attulerunt, & afferentium hoc alii Meridionalem, alii Septentrionalem regionem in Europa sibi sortiti sunt, & tertii, quos nunc Graecos vocamus, partem Europae, partem Asiae occuparunt. Ab uno postea, eodemque idiomate, immunda confusione recepto, diversa Vulgaria traxerunt originem, sicut inferius ostendemus. Nam totum quod ab ostiis Danubii, sive Meotidis paludibus usque ad fines Occidentales Angliae, Italorum, Francorumque finibus, & Occeano limitatur, solum unum obtinuit idioma, licet postea per Sclavones, Ungaros, Teutunicos, Saxones, Anglicos, & alias nationes quamplures, fuerit per diversa Vulgaria derivatum, hoc solo fere omnibus in signum ejusdem principii remanente, quod quasi praedicti omnes* Jò *affirmando respondent, ab isto incipiens idiomate, videlicet a finibus Ungarorum versus Orientem aliud occupavit totum quod ab inde vocatur Europa, necnon ulterius est protractum. Totum, aut quod in Europa restat ab istis tertium tenuit idioma, licet nec trifarium videatur. Nam alii* Oc, *alii* Oìl, *alii* Sì, *affirmando loquuntur, ut puta Hispanii, Franci, & Latini. Signum autem quod ab uno, eodemque idiomate istarum trium gentium progrediantur Vulgaria, in promptu est, quia mul-*

Ama, et altri molti. Di questi adunque de la meridionale Europa, quelli che proferiscono *Oc*, tengono la parte Occidentale, che comincia da i confini de' Genovesi; quelli poi che dicono *Sì*, tengono da i predetti confini la parte Orientale, cioè fino a quel promontorio d' Italia, dal quale comincia il seno del mare Adriatico, e la Sicilia. Ma quelli che affermano con *Oi*, quasi sono Settentrionali a rispetto di questi; perciò che da l' Oriente, e dal Settentrione hanno gli Alemani, dal Ponente sono serrati dal Mare Inglese, e da i monti di Aragona terminati, dal mezo dì poi sono chiusi da Provenzali, e da la flessione de lo Appennino.

### *De le tre varietà del parlare, e come col tempo il medesimo parlare si muta.* Cap. IX.

A Noi ora è bisogno porre a pericolo la ragione, che avemo, volendo ricercare di quelle cose, ne le quali da niuna autorità siamo ajutati, cioè volendo dire de la variazione, che intervenne al parlare, che da principio era il medesimo; ma conciò sia che per cammini noti più tosto, e più sicuramente si vada, però solamente per questo nostro idioma anderemo, e gli altri lascieremo da parte, conciò sia che quello che ne l' uno è ragionevole, pare che eziandio abbia ad essere causa ne gli altri. E' adunque lo idioma, de lo quale trattiamo (come ho detto di sopra) in tre parti diviso, perciò che alcuni dicono *Oc*, altri *Sì*, et altri *Oi*. E che questo dal principio de la confusione fosse uno medesimo (il che primieramente provar si deve) appare. Perciò che si convengono in molti vocaboli, come gli eccellenti Dottori dimostrano; la quale convenienzia repugna a la confusione, che fu per il delitto ne la edificazione di Babel. I Dottori adunque di tutte tre queste lingue in molte cose convengono, e massimamente in questo vocabolo, Amor

Gerardo di Brunel.

*Surisentis fez les aimes*
*Puer encuser Amor.*

Il Re di Navara.

De

*multa per eadem vocabula nominare videntur, ut Deum, Caelum, Amorem, Mare, Terram, & Vivit, Moritur, Amat, alia fere omnia. Istorum vero proferentes* Oc, *Meridionalis* Europae *tenent partem* Occidentalem, *a Januensium finibus incipientes. Qui autem* Sì *dicunt, a praedictis finibus* Orientalem *tenent. Videlicet usque ad promontorium illud* Italiae, *qua sinus Adriatici maris incipit, & Siciliam; sed loquentes* Oil *quodammodo Septemtrionales sunt respectu istorum, nam ab Oriente Alamanos habent, & a Septemtrione, ab Occidente Anglico mari vallati sunt, & montibus Aragoniae terminati, a Meridie quoque Provincialibus, & Appennini devexione clauduntur.*

## De triplici varietate sermonis, & qualiter per tempora idem idioma mutatur, & de inventione Grammaticae.

*NOs autem nunc oportet quam habemus rationem periclitari; cum inquirere intendamus de iis, in quibus nullius auctoritate fulcimur, hoc est de unius ejusdemque a principio idiomatis variatione secuta, quia per notiora itinera salubrius breviusque transitur. Per illud tantum quod nobis est idioma pergamus, alia deserentes. Nam quod in uno est rationale, videtur in aliis esse causa. Est igitur super quod gradimur idioma tractando, trifarium, ut superius dictum est. Nam alii* Oc, *alii* Si, *alii vero dicunt* Oil. *& quod unum fuerit a principio confusionis, quod prius probandum est apparet, quod convenimus in vocabulis multis, velut eloquentes doctores ostendunt. Quae quidem convenientia ipsi confusioni repugnat, quae fuit delictus in aedificatione Babel. Trilingues ergo doctores in multis conveniunt, & maxime in hoc vocabulo, quod est Amor.*

*Gerardus de Brunel.*

Surisentis fez les aimes
Puer encuser Amor.

*Rex Navariae.*

*De fin amor ſuvent ſen, e bentè.*

M. Guido Guinizelli.

*Nè fu amor prima, che gentil core:*
*Nè cuor gentil pria, che d' amor natura.*

Inveſtighiamo adunque, perche egli in tre parti ſia principalmente variato, e perchè ciaſcuna di queſte variazioni in ſe ſteſſa sì varie, com'è la deſtra parte d' Italia ha diverſo parlare da quello de la ſiniſtra, cioè altramente parlano i Padovani, et altramente i Piſani; et inveſtighiamo, perchè quelli, che abitano più vicini, ſiano differenti nel parlare, come è i Milaneſi, e Veroneſi, Romani, e Fiorentini; et ancora perchè ſiano differenti quelli, che ſi convengono ſotto un iſteſſo nome di gente, come Napoletani, e Gaetani, Ravegnani, e Faentini; e quel che è più maraviglioſo cerchiamo, perchè non ſi convengano in parlare quelli, che in una medeſima città dimorano, come ſono i Bologneſi del Borgo di S. Felice, et i Bologneſi de la ſtrada maggiore. Tutte queſte differenze adunque, e varietà di ſermone, che avvengono, con una iſteſſa ragione ſaranno manifeſte. Dico adunque, che niuno effetto avanza la ſua cagione, in quanto effetto, perchè niuna coſa può fare ciò che ella non è: eſſendo adunque ogni noſtra loquela (eccetto quella che fu da Dio inſieme con l' uomo creata) a noſtro beneplacito racconcia, dopo quella confuſione, la quale niente altro fu, che una oblivione de la loquela prima, et eſſendo l' uomo inſtabiliſſimo, e variabiliſſimo animale, la noſtra locuzione nè durabile, nè continua può eſſere; ma come le altre coſe, che ſono noſtre (come ſono coſtumi, et abiti) ſi mutano, così queſta ſecondo le diſtanzie de i luoghi, e de i tempi, è biſogno di variarſi; però non è da dubitare, che nel modo, che avemo detto, cioè, che con la diſtanzia del tempo il parlare non ſi varj, anzi è fermamente da tenere, perciò che ſe noi vogliamo ſottilmente inveſtigare le altre opere noſtre, le troveremo molto più differenti da gli antiquiſſimi noſtri cittadini, che da gli altri de la noſtra età, quantunque ci ſiano molto lontani; il perchè audacemente affermo, che ſe gli antiquiſſimi Paveſi ora riſuſcitaſſero, parlerebbero di diverſo parlare di quello, che ora parlano in Pavia; nè altrimente queſto, ch' io dico ci paja maraviglioſo, che ci parrebbe a vedere un giovane creſciuto, il quale non aveſſimo veduto creſcere. Perciò che le coſe, che a poco, a poco ſi

De fin amor suvent sen, e bentè.

*Dom. Guido Guinizelli,*

Nè fu amor prima, che gentil core,
Nè cuor gentil pria, che d' amor, natura.

*Quare autem trifarie principalius variatum sit, investigemus, & quare quaelibet istarum variationum in se ipsa varietur, puta dextrae Italiae locutio ab ea quae est sinistrae. Nam aliter Paduani, & aliter Pisani loquuntur, & quare vicinius habitantes adhuc discrepant in loquendo, ut Mediolanenses, & Veronenses, Romani, & Florentini, necnon convenientes, in eodem nomine gentis, ut Neapolitani, & Caetani, Ravennates, & Faventini, & quod mirabilius est, sub eadem civitate morantes, ut Bononienses burgi S. Felicis, & Bononienses stratae majoris. Eae omnes differentiae, atque sermonum varietates, quae accidunt, una, eademque ratione patebunt. Dicimus ergo, quod nullus effectus est superat suam caussam, in quantum effectus est, quia nihil potest efficere, quod non est. Cum igitur omnis nostra loquela, praeter illam homini primo concreatam a Deo, sit a nostro beneplacito reparata post confusionem illam, quae nil fuit aliud, quam prioris oblivio, & homo sit instabilissimum, atque variabilissimum animal, nec durabilis, nec continua esse potest, sed sicut alia, quae nostra sunt, puta mores, & habitus per locorum, temporumque distantias variari oportet; nec dubitandum reor modo in eo quod diximus temporum, sed potius opinamur tenendum; nam si alia nostra opera perscrutemur, multo magis discrepare videmur a vetustissimis concivibus nostris, quam a coaetaneis perlonginquis. Quapropter audacter testamur, quod si vetustissimi Papienses nunc resurgerent, sermone vario, vel diverso cum modernis Papiensibus loquerentur; nec aliter mirum videatur quod dicimus, quam percivere juvenem exoletum, quem exolescere non videmus. Nam quae paulatim moventur, minime perpenduntur a nobis, & quanto longiora tempora variatio rei ad perpendi requirit, tanto rem illam stabiliorem putamus.*

ſi moveno, il moto loro è da noi poco conoſciuto, e quanto la variazione de la coſa ricerca più tempo ad eſſere conoſciuta, tanto eſſa coſa è da noi più ſtabile eſiſtimata. Adunque non ſi ammiriamo, ſe i diſcorſi de gli uomini, che ſono poco da le beſtie differenti, penſano che una iſteſſa città abbia ſempre il medeſimo parlare uſato; conciò ſia che la variazione del parlare di eſſa città non ſenza lunghiſſima ſucceſſione di tempo a poco a poco ſia divenuta; e ſia la vita de gli uomini di ſua natura breviſſima; ſe adunque il ſermone ne la ſteſſa gente (come è detto) ſucceſſivamente col tempo ſi varia, nè può per alcun modo firmarſe, è neceſſario che il parlare di coloro, che lontani, e ſeparati dimorano, ſia variamente variato; sì come ſono ancora variamente variati i coſtumi, et abiti loro, i quali nè da natura, nè da conſorzio umano ſono firmati, ma a beneplacito, e ſecondo la convenienzia de i luoghi naſciuti. Quinci ſi moſſero gl' inventori de l'arte Grammatica, la quale Grammatica non è altro, che una inalterabile conformità di parlare in diverſi tempi, e luoghi. Queſta eſſendo di comun conſenſo di molte genti regulata, non par ſuggetta al ſingulare arbitrio di niuno, e conſeguentemente non può eſſere variabile. Queſta adunque trovarono, acciò che per la variazion del parlare, il quale per ſingulare arbitrio ſi muove, non ci foſſero o in tutto tolte, o imperfettamente date le autorità, ed i fatti de gli antiqui, e di coloro da i quali la diverſità de i luoghi ci fa eſſer diviſi.

*De la varietà del parlare in Italia da la deſtra, e ſiniſtra parte de l'Appennino.* Cap. X.

ORa uſcendo in tre parti diviſo (come di ſopra è detto) il noſtro parlare ne la comparazione di ſe ſteſſo, ſecondo che egli è tripartito, con tanta timidità lo andiamo ponderando, che nè queſta parte, nè quella, nè quell' altra abbiamo ardimento di preporre, ſe non in quello *Sic*, che i Grammatici ſi trovano aver preſo per adverbio di affirmare: la qual coſa pare, che dia qualche più di autorità a gli Italiani, i quali dicono *Sì*. Veramente ciaſcuna di queſte tre parti con largo teſtimonio ſi diffende. La lingua di *Oi* allega per ſe, che per lo ſuo più facile, e più dilettevole volgare, tutto quello che è ſta-

*Non etenim admiramur, si extimationes hominum, qui parum distant a brutis, putant eandem civitatem sub unicabili semper civicasse sermone, cum sermonis variatio civitatis ejusdem non sine longissima temporum successione paulatim contingat, & hominum vita sit etiam ipsa sua natura brevissima. Si ergo per eandem gentem sermo variatur, ut dictum est, successive per tempora, nec stare ullo modo potest, necesse est, ut disjunctim, abmotimque morantibus varie varietur, ceu varie variantur mores, & habitus, qui nec natura, nec consortio firmantur, sed humanis beneplacitis, localique congruitate nascuntur. Hinc moti sunt inventores Grammaticae facultatis. Quae quidem Grammatica nil aliud est, quam quaedam inalterabilis locutionis identitas diversis temporibus, atque locis. Haec cum de communi consensu multarum gentium fuerit regulata, nulli singulari arbitrio videtur obnoxia, & per consequens, nec variabilis esse potest. Adinvenerunt ergo illam, ne propter variationem sermonis, arbitrio singularium fluitantis, vel nullo modo, vel saltem imperfecte antiquorum attingeremus auctoritates, & gesta, sive illorum, quos a nobis locorum diversitas facit esse diversos.*

## De varietate idiomatis in Italia a dextris, & a sinistris Montis Appennini.

*TRifario nunc exeunte nostro idiomate, ut superius dictum est in comparatione sui ipsius, secundum quod trisonum factum est cum tanta timiditate cunctamur librantes, quod hanc, vel istam, vel illam partem in comparando praeponere non audemus, nisi eo quo Grammaticae positores inveniuntur accepisse* Sic, *adverbium affirmandi, quod quandam anterioritatem erogare videtur Italis, qui* Sì *dicunt. Quaelibet enim partium largo testimonio se tuetur. Allegat ergo pro se lingua* Oil, *quod propter sui facilio-*

*rem,*

è stato tradutto, overo ritrovato in prosa volgare, è suo; cioè la Bibia, i fatti de i Trojani, e de i Romani, le bellissime favole del Re Artù, e molte altre istorie, e dottrine. L'altra poi argumenta per se, cioè la lingua di *Oc*; e dice che i volgari eloquenti scrissero i primi Poemi in essa, sì come in lingua più perfetta, e più dolce; come fu Piero di Alvernia et altri molti antiqui Dottori. La terza poi che è de gli Italiani, afferma per dui privilegj esser superiore; il primo è, che quelli, che più dolcemente, e più sottilmente hanno scritti Poemi, sono stati i suoi domestici, e famigliari, cioè Cino da Pistoja, e lo amico suo; il secondo è, che pare, che più s'accostino a la Grammatica, la quale è comune. E questo, a coloro, che vogliono con ragione considerare, par gravissimo argomento. Ma noi lasciando da parte il giudicio di questo, e rivolgendo il trattato nostro al volgare Italiano, ci sforzeremo di dire le variazioni ricevute in esso, e quelle fra se compareremo. Dicemo adunque la Italia essere primamente in due parti divisa, cioè ne la destra, e ne la sinistra; e se alcuno dimandasse qual è la linea, che questa diparte, brievemente rispondo essere il giogo de l'Appennino; il quale come un colmo di fistula di qua, e di là a diverse gronde piove, e l'acque di qua, e di là per lunghi embrici a diversi siti distillano, come Lucano nel secondo descrive; et il destro lato ha il mar Tirreno per grondatojo, il sinistro v' ha lo Adriatico. Del destro lato poi sono regioni la Puglia, ma non tutta, Roma, il Ducato, Toscana, la Marca di Genova. Del sinistro sono parte de la Puglia, la Marca d'Ancona, la Romagna, la Lombardia, la Marca Trivigiana, con Venezia; il Friuli veramente, e l'Istria non possono essere se non de la parte sinistra d'Italia; e le Isole del mar Tirreno, cioè Sicilia, e Sardigna, non sono se non de la destra, o veramente sono da essere a la destra parte d'Italia accompagnate. In ciascuno adunque di questi due lati d'Italia, et in quelle parti, che si accompagnano ad essi, le lingue de gli uomini sono varie; cioè la lingua de i Siciliani co i Pugliesi, e quella de i Pugliesi co i Romani, e de i Romani co i Spoletani, e di questi co i Toscani, e de i Toscani co i Genovesi, e de i Genovesi co i Sardi. E similmente quella de i Calavresi con gli Anconitani, e di costoro co i Romagnuoli, e de

i Ro-

*rem, ac delectabiliorem vulgaritatem quicquid redactum, sive inventum est ad vulgare prosaicum, suum est: videlicet biblia cum Trojanorum, Romanorumque gestibus compilata, & Artui Regis ambages pulcerrimae, & quam plures aliae historiae, ac doctrinae. Pro se vero argumentatur alia, scilicet Oc, quod vulgares eloquentes in ea primitus poetati sunt, tanquam in perfectiori, dulciorique loquela: ut puta Petrus de Alvernia, & alii antiquiores doctores. Tertia quae Latinorum est, se duobus privilegiis attestatur praeesse: primo quidem, quod qui dulcius, subtiliusque poetati vulgariter sunt, ii familiares, & domestici sui sunt: puta Cinus Pistoriensis, & Amicus ejus. Secundo quia magis videntur inniti Grammaticae, quae communis est, quod rationabiliter inspicientibus videtur gravissimum argumentum. Nos vero judicium relinquentes in hoc, & tractatum nostrum ad vulgare Latinum retrahentes, & receptas in se variationes dicere, nec non illas invicem comparare conemur. Dicimus ergo primo Latium bipartitum esse in dextrum, & sinistrum. Si quis autem quaerat de linea dividente, breviter respondemus esse jugum Appennini, quod ceu fistulae culmen hinc inde ad diversa stillicidia grundant, aquas ad alterna hinc inde litora per umbriria longa distillant ut Lucanus in 2. describit. Dextrum quoque latus Turenum mare grundatorium habet: laevum vero in Adriaticum cadit. Et dextri regiones sunt, Apulia, sed non tota, Roma, Ducatus, Tuscia, & Januensis Marchia. Sinistri autem pars Apuliae, Marca Anconitana, Romandiola, Lombardia, Marchia Trivisiana, cum Venetiis. Forum Julii vero, & Istria non nisi levae Italiae esse potest; nec Insulae Tureni maris, videlicet Sicilia, & Sardinia non nisi dextrae Italiae sunt, vel ad dextram Italiam sociandae. In utroque quidem duorum laterum, & iis, quae sequuntur ad ea, linguae hominum variantur, ut lingua Siculorum cum Apulis: Apulorum cum Romanis: Romanorum cum Spoletanis: horum cum Tuscis:*

*Tusco-*

i Romagnuoli co i Lombardi, e de i Lombardi co i Trivigiani, e Veneziani, e di questi co i Furlani, e di essi con gl'Istriani, ne la qual cosa dico, che la Italia sola appare in XIIII. Volgari esser variata; ciascuno de i quali ancora in se stesso si varia: come in Toscana i Senesi, e gli Aretini; in Lombardia i Ferraresi, e Piacentini; e parimente in una istessa città troviamo essere qualche variazione di parlare, come nel Capitolo di sopra abbiamo detto. Il perchè se vorremo calculare le prime, le seconde, e le sotto seconde variazioni del Volgare d'Italia, avverrà che in questo minimo cantone del Mondo, si venirà non solamente a mille variazioni di loquela, ma ancora a molto più.

*Si dimostra, che alcuni in Italia hanno brutto, et inornato parlare*. Cap. XI.

ESsendo il Volgare Italiano per molte varietà dissonante, investighiamo la più Bella, et illustre loquela d'Italia; et acciò che a la nostra investigazione possiamo avere un picciolo calle, gettiamo prima fuori de la selva gli arbori attraversati, e le spine. Sì come adunque i Romani si stimano di dover essere a tutti preposti, così in questa eradicazione, o vero estirpazione non immeritamente a gli altri li preporremo; protestando essi in niuna ragione de la Volgare Eloquenza esser da toccare. Dicemo adunque il Volgare de' Romani, o per dir meglio il suo tristo parlare essere il più brutto di tutti i Volgari Italiani; e non è maraviglia, sendo ne i costumi, e ne le deformità de gli abiti loro sopra tutti puzzolenti. Essi dicono *Mezure quinto dici*. Dopo questi caviamo quelli de la Marca d'Ancona, i quali dicono *Chignamente scate sciate*, con i quali mandiamo via i Spoletani. E non è da preterire, che in vituperio di queste tre genti sono state molte Canzoni composte, tra le quali ne vidi una drittamente, e perfettamente legata, la quale un certo Fiorentino nominato il Castra avea composto, e cominciava:

*Una*

*Tuſcorum cum Januenſibus : Januenſium cum Sardis : nec non Calabrorum cum Anchonitaneis : horum cum Romandiolis : Romandiolorum cum Lombardis : Lombardorum cum Trivi-ſanis, & Venetis, & horum cum Aquilejenſibus & iſtorum cum Iſtrianis : de quo Latinorum neminem nobiſcum diſſentire putamus. Quare ad minus XIIII. Vulgaribus ſola videtur Italia variari : quae adhuc omnia Vulgaria in ſe ſe variantur, ut puta in Tuſcia Senenſes, Aretini ; in Lombardia Ferrarienſes, & Placentini : nec non in eadem civitate aliqualem variationem perpendimus : ut ſuperius in Capitulo immediato poſuimus ; quapropter ſi primas, & ſecundarias, & ſubſecundarias vulgaris Italiae variationes calculare velimus, in hoc minimo mundi angulo non ſolum ad millenam loquelae variationem venire contigerit, ſe etiam ad magis ultra.*

Oſtenditur Italiae aliquos habere idioma incomptum, & ineptum.

Q*Uam multis varietatibus Latio diſſonante vulgari, decentiorem, atque illuſtrem Italiae venemur loquelam, & ut noſtrae venationi pervium callem habere poſſimus, perplexos fructices, atque ſentes prius ejiciamus de ſilva. Sicut ergo Romani ſe cunctis praeponandos extimant in hac eradicatione, ſive diſcerptione non immerito eos aliis praeponamus, proteſtantes eoſdem in nulla vulgaris eloquentiae ratione fore tangendos : dicimus ergo Romanorum non Vulgare, ſed potius triſtiloquium Italorum Vulgarium omnium eſſe turpiſſimum : nec mirum, cum etiam morum, habituumque deformitate prae cunctis videantur foetere ; dicunt enim* Mezure quinto dici. *Poſt hos incolas Anconitanae Marchiae decerpamus, qui* Chignamente ſcate ſiate *loquuntur : cum quibus, & Spoletanos abjicimus : nec praetereundum eſt quod in improperium iſtarum trium gentium cantiones quam plures inventae ſunt, inter quas unam vidimus recte, atque perfecte ligatam : quam quidem* Florentinus *nomine* Caſtra *compoſuerat, incipiebat etenim :*

Una

*Una ferina va scopai da Cascoli*
*Cita cita sengia grande aina.*

Dopo questi i Milanesi, e i Bergamaschi, et i loro vicini gettiam via; in vituperio de i quali mi ricordo alcuno aver cantato:

*Ente l'ora del Vesper*
*lo Cu del mes do.hiover.*

Dopo questi crivelliamo gli Aquilejensi, e gl'Istriani, i quali con crudeli accenti dicono *Ces fastu*; e con questi mandiam via tutte le montanine, e villanesche loquele; le quali di bruttezza di accenti sono sempre dissonanti da i cittadini, che stanno in mezo le città, come i Casentini, e Pratesi. I Sardi ancora, i quali non sono d'Italia, ma a la Italia accompagnati, gettiam via: perchè questi soli ci pajono essere senza proprio Volgare, et imitano la Grammatica, comme fanno le Simie gli uomini; perchè dicono:
*Domus nova*, e *dominus meus*.

*De lo Idioma Siciliano, e Pugliese.*
Cap. XII.

DE i crivellati (per modo di dire) Vulgari d'Italia, facendo comparazione tra quelli, che nel crivello sono rimasi, brievemente scegliamo il più onorevole di essi. E primieramente esaminiamo lo ingegno circa il Siciliano, perciò che pare, che il Volgare Siciliano abbia assunto la fama sopra gli altri; con ciò sia che tutti i Poemi, che fanno gl'Italiani si chiamino in Siciliano. E conciò sia che troviamo molti dottori di costà aver gravemente cantato, come in quelle Canzoni:

*Ancor che l'Aigua per lo foco lassi.*
*Amor, che longamente m'hai menato.*

Ma questa fama de la terra di Sicilia, se dirittamente risguardiamo, appare, che solamente per opprobrio de' Principi Italiani sia rimasa; i quali non con modo eroico, ma con plebeo segueno la superbia. Ma quelli illustri Eroi, Federico Cesare, et il ben nato suo figliuolo Manfredi dimostrando la nobiltà, e drittezza de la sua forma, mentre che la fortuna gli fu favorevole, seguirono

le

Una ferina va scopai da Calcoli
Cita cita sengia grande aina.

*Post quos Mediolanenses, atque Pergameos, eorumque finitimos eruncemus: in quorum etiam improperium quendam cecinisse recolimus:*

Ente lora del Vesper
Io Cu del mes dochiover.

*Post hos Aquilejenses, & Istrianos cribremus, qui* Ces fastu, *crudeliter accentuando eructuant. Cumque iis montaninas omnes, & rusticanas loquelas ejiciamus, quae semper mediastinis civibus accentus enormitate dissonare videntur, ut Cassentinenses, & Pratenses; Sardos etiam qui non Latii sunt, sed Latiis adsociandi videntur, eiciamus: quoniam soli sine proprio Vulgari esse videntur, Grammaticam tanquam Simiae homines imitantes, nam:*

Domus nova, & Dominus meus, *loquuntur*.

Quod in eodem loco diversificatur idioma secundum quod variatur tempus.

*EX acceratis quodammodo vulgaribus Italis, inter ea, quae remanserunt in cribro, comparationem facientes, honorabilius, atque honorificentius, breviter seligamus: & primo de Siciliano examinemus ingenium; nam videtur Sicilianum Vulgare sibi famam prae aliis ascisçere: eo quod quicquid poetantur Itali Sicilianum vocatur, & eo quod per plures doctores indigenas invenimus, graviter cecinisse, puta in cantionibus illis:*

Ancor che l'aigua per lo foco lassi. *Et*
Amor, che longamente m'hai menato.

*Sed haec fama Trinacriae terrae, si recte signum ad quod tendit inspiciamus, videtur tantum in opprobrium Italorum Principum remansisse, qui non heroico more, sed plebeo sequuntur superbiam. Siquidem illustres Heroes Federicus Caesar, & bene genitus ejus Manfredus, nobilitatem, ac rectitudinem suae formae pandentes, donec for-*

*tuna*

le cose umane, e le bestiali sdegnarono. Il perchè coloro, che erano di alto cuore, e di grazie dotati, si sforzavano di aderirsi a la maestà di sì gran Principi; tal che in quel tempo tutto quello, che gli eccellenti Italiani componevano, ne la Corte di sì gran Re primamente usciva. E perchè il loro seggio regale era in Sicilia, è avvenuto, che tutto quello, che i nostri precessori composero in vulgare, si chiama Siciliano; il che ritenemo ancora noi; et i posteri nostri non lo potranno mutare. *Racha*, *Racha*. Che suona ora la tromba de l'ultimo Federico, che il sonaglio del secondo Carlo, che i corni di Giovanni, e di Azzo Marchesi potenti? che le tibie de gli altri Magnati? se non, Venite, carnefici, Venite, altriplici, Venite, settatori di avarizia. Ma meglio è tornare al proposito, che parlare indarno. Or dicemo, che se vogliamo pigliare il volgare Siciliano, cioè quello, che vien da i mediocri paesani, da la bocca de i quali è da cavare il giudizio, appare, che'l non sia degno di essere preposto a gli altri; perciò che'l non si proferisce senza qualche tempo, come è in:

*Tragemi deste focora se t'este a bolontato.*

Se questo poi non vogliamo pigliare, ma quello che esce de la bocca de i principali Siciliani, come ne le preallegate Canzoni si può vedere, non è in nulla differente da quello, che è laudabilissimo, come di sotto dimostreremo. I Pugliesi poi o vero per la acerbità loro, o vero per la propinquità de i suoi vicini, fanno brutti barbarismi. E dicono:

*Volzera che chiangesse lo quatraro.*

Ma quantunque comunemente i paesani Pugliesi parlino bruttamente, alcuni però eccellenti tra loro hanno politamente parlato, e posto ne le loro Canzoni vocaboli molto Cortigiani, come manifestamente appare, a chi i loro scritti considera, come è:

*Madonna dir vi voglio.* E,
*Per fino Amore vo sì lietamente.*

Il perchè a quelli, che noteranno ciò, che si è detto di sopra, dee essere manifesto, che nè il Siciliano, nè il Pugliese è quel Volgare, che in Italia è bellissimo; conciò sia che abbiamo mostrato, che gli eloquenti nativi di quel paese sieno da essi partiti.

De

*tuna permansit, humana secuti sunt, brutalia dedignantes, propter quod corde nobiles, atque gratiarum dotati inhaerere tantorum Principum majestati conati sunt: ita quod eorum tempore quicquid excellentes Latinorum nitebantur, primitus in tantorum Coronatorum aula prodibat, & quia regale solium erat Sicilia, factum est, quicquid, nostri praedecessores vulgariter protulerunt, Sicilianum vocatur: quod quidem retinemus & nos, nec posteri nostri permutare valebunt.* Racha, Racha. *Quid nunc personat tuba novissimi Federici: quid tintinnabulum II. Caroli: quid cornua Johannis, & Azzonis Marchionum potentum: quid aliorum Magnatum tibiae? nisi, Venite, carnifices, Venite, altriplices, Venite, avaritiae sectatores. Sed praestat ad propositum repedare, quam frustra loqui: & dicimus, quod si vulgare Sicilianum accipere volumus, scilicet quod prodit a terrigenis mediocribus, ex ore quorum judicium eliciendum videtur, praelationis minime dignum est: quia non sine quodam tempore profertur: ut puta ibi:*

Tragemi deste focora se t'este a bolontato.

*Si autem ipsum accipere nolumus, sed quod ab ore primorum Siculorum emanat, ut in praeallegatis cantionibus perpendi potest, nihil differt ab illo, quod laudabilissimum est, sicut inferius ostendimus. Apuli quoque, vel a sui acerbitate, vel finitimorum suorum contiguitate, qui Romani, & Marchiani sunt, turpiter barbarizant, dicunt enim:*

Volzera che chiangesse lo quatraro.

*Sed quamvis terrigenae Apuli loquantur obscene communiter, praefulgentes eorum quidam polite loquuti sunt: vocabula curialiora in suis cantionibus compilantes, ut manifeste apparet eorum dicta prospicientibus, ut puta:*

Madonna, dir vi voglio. *Et,*

Per fino amore vo sì lietamente.

*Quapropter superiora notantibus innotescere debet, neque Siculum, neque Apulum esse illud, quod in Italia pulcerrimum est Vulgare: cum eloquentes indigenas ostenderimus a proprio divertisse.*

*De lo idioma de i Toscani, e Genovesi.*
Cap. XIII.

DOpo questi vegniamo a li Toscani, i quali per la loro pazzia insensati, pare che arrogantemente s'attribuiscano il titolo del Vulgare Illustre; et in questo non solamente la opinione de i plebei impazzisce, ma ritruovo molti uomini famosi averla avuta; come fu Guittone d'Arezo, il quale non si diede mai al Volgare Cortigiano, Bonagiunta da Luca, Gallo Pisano, Mino Mocato Senese, Brunetto Fiorentino, i detti de i quali, se si avrà tempo di esaminarli, non Cortigiani, ma proprii de le loro cittadi essere si ritroveranno. Ma conciò sia che i Toscani siano più de gli altri in questa ebbrietà furibondi, ci pare cosa utile, e degna torre in qualche cosa la pompa a ciascuno de i Volgari de le città di Toscana. I Fiorentini parlano, e dicono:

*Manichiamo introque:*
*Non facciamo altro.*

I Pisani.

*Bene andonno li fanti di Fiorenza per Pisa.*

I Luchesi.

*Fo voto a Dio, che ingassaria eje lo comuno di Luca.*

I Senesi.

*Onche rinegata avessi io Siena: chee Christo.*

Gli Aretini.

*Votu venire ovelle.*

Di Perugia, Orbietto, Viterbo, e Città Castellana, per la vicinità che hanno con Romani, e Spoletani, non intendo dir nulla. Ma come che quasi tutti i Toscani siano nel loro brutto parlare ottusi, nondimeno ho veduto alcuni aver conosciuto la eccellenzia del Vulgare, cioè Guido Lapo, e un altro, Fiorentini, e Cino Pistojese, il quale al presente indegnamente posponemo, non indegnamente costretti. Adunque se esamineremo le loquele Toscane, e considereremo, come gli uomini molto onorati si siano da esse loro proprie partiti, non resta in dubbio, che il Vulgare, che noi cerchiamo, sia altro, che quello, che hanno i popoli di Toscana. Se alcuno poi non pensasse, che quello,

## Quod in quolibet idiomate sunt aliqua turpia, sed prae caeteris Tuscum est excellens.

P*Ost haec veniamus ad Tuscos; qui propter amentiam suam infroniti, titulum sibi Vulgaris Illustris arrogare videntur, & in hoc non solum plebeorum dementat intentio, sed famosos quamplures viros hoc tenuisse comperimus: puta Guittonem Aretinum, qui nunquam se ad Curiale Vulgare direxit; Bonagiuntam Lucensem, Gallum Pisanum, Minum Mocatum Senensem; Brunetum Florentinum; quorum dicta si rimari vacaverit, non curialia, sed municipalia tantum invenientur. Et quoniam Tusci prae aliis in hac ebrietate bacchantur; dignum, utileque videtur municipalia Vulgaria Tuscanorum singulatim in aliquo depompare. Loquuntur Florentini, & dicunt:*

Manichiamo introque:
Noi non facciamo altro.

*Pisani.*

Bene andonno li fanti di Fiorenza per Pisa.

*Lucenses.*

Fo voto a Dio, che ingassaria eje lo comuno di Luca: *Senenses.*

Onche rinegata avesse io Siena: chee Chrisso.

*Aretini.*

Votu venire ovelle.

*De Perusio, Urbe veteri, Viterbio, nec non de civitate Castelana propter adfinitatem, quam cum Romanis, & Spoletanis habent, nihil tractare intendimus. Sed quamquam fere omnes Tusci in suo turpiloquio sint obtusi, nonnullos Vulgaris excellentiam cognovisse sentimus, scilicet Guidonem Lapum, & unum alium, Florentinos, & Cinum Pistoriensem; quem nunc indigne postponimus, non indigne coacti. Itaque si Tuscanas examinemus loquelas, compensemus qualiter viri praehonorati a propria divertetunt, non restat in dubio, quin aliud sit Vulgare, quod*

lo, che noi affermiamo de i Toscani, sia da affirmare de i Genovesi, questo solo costui consideri, che se i Genovesi per dimenticanza perdessero il z lettera, bisognerebbe loro, over essere totalmente muti, over trovare una nuova locuzione; perciò che il z è la maggior parte del loro parlare; la qual lettera non si può se non con molta asperità proferire.

*De lo idioma di Romagna, e di alcuni Transpadani.*
Cap. XIV.

PAssiamo ora le frondute spalle de l'Apennino, et investighiamo tutta la sinistra parte d'Italia, cominciando, come far solemo, a levante. Intrando adunque ne la Romagna, dicemo che in Italia abbiamo ritrovati dui Volgari, l'uno a l'altro con certi convenevoli contrarj opposto, de li quali uno tanto femenile ci pare per la molizia de i vocabuli, e de la pronuncia, che un uomo ( ncora che virilmente parli ) è tenuto femina; questo Volgare hanno tutti i Romagnuoli, e specialmente i Forlivesi, la città de i quali, avegna che novissima sia, nondimeno pare esser posta nel mezo di tutta la provincia. Questi affermando dicono *Deusci*, e facendo carezze soliono dire *oclo meo*, e *corada mea*. Bene abbiamo inteso, che alcuni di costoro ne i Poemi loro si sono partiti dal suo proprio parlare, cioè Tomaso, et Ugolino Bucciola Faentini. L'altro de i dui parlari, che avemo detto, è talmente di vocaboli, et accenti irsuto, et ispido, che per la sua roza asperità non solamente disconza una donna, che parli, ma ancora fa dubitare, s'ella è uomo. Questo tale hanno tutti quelli, che dicono *Manara*, cioè Bressani, Veronesi, Vicentini, et anco i Padoani, i quali in tutti i participj in *tus*, e denominativi in *tas* fanno brutte sincope, come è *merco*, e *bontè*; con questi ponemmo eziandio i Trivigiani, i quali al modo de i Bressani, e de i suoi vicini proferiscono lo *v* consonante per *f*, removendo l'ultima sillaba, come è *nof* per nove; *vif* per vivo; il che veramente è barbarissimo, e riproviamlo. I Veneziani ancora non saranno degni de l'onore de lo investigato Volgare; e se alcun di loro spinto da errore, in questo va-

ne-

*quaerimus, quam quod attingit populus Tuscanorum. Si quis autem quod de Tuscis asserimus, de Januensibus asserendum non putet, hoc solum in mente premat, quod si per oblivionem Januenses amitterent z litteram, vel mutire totaliter eos, vel novam reparare oporteret loquelam; est enim z maxima pars eorum locutionis: quae quidem littera non sine multa rigiditate profertur.*

## De idiomate Romandiolorum, & de quibusdam Transpadinis, & praecipue de Veneto.

T*Ranseuntes nunc humeros Appennini frondiferos, laevam Italiam cunctam venemur, ceu solemus orientaliter ineuntes. Romandiolam igitur ingredientes, dicimus nos duo in Latio invenisse Vulgaria, quibusdam convenientiis contrariis alternata. Quorum unum in tantum muliebre videtur propter vocabulorum, & prolationis mollitiem, quod virum (etiam si viriliter sonet) foeminam tamen facit esse credendum. Hoc Romandioli omnes habent, & praesertim Forlivenses: quorum civitas licet novissima sit, meditulium tamen esse videtur totius provinciae; hi* Deusci *affirmando loquuntur, &* Oclo meo, & Corada mea *proferunt blandientes. Horum aliquos a proprio poetando divertisse audivimus, Thomam videlicet, & Ugolinum Bucciolam Faventinos. Est & aliud, sicut dictum est, adeo vocabulis, accentibusque hirsutum, & hispidum, quod propter sui rudem asperitatem, mulierem loquentem non solum disterminat, sed esse virum dubitare facit. Hoc omnes, qui* Manara *dicunt, Brixienses, videlicet, Veronenses, & Vigentinos habet, nec non Paduanos turpiter syncopantes, omnia in* tus *participia, & denominativa in* tas, *ut* mercò, & bontè, *cum quibus & Trivisianos adducimus, qui more Brixianorum, & finitimorum suorum* v *consonantem per* f *apocopando proferunt, puta* Nof *pro Novem,* Vif, *pro Vivo, quod quidem barbarissimum reprobamus. Veneti quoque nec sese investigati*

negiasse, ricordisi, se mai disse:

*Per le plage di Dio tu non venràs*;

tra i quali abbiamo veduto uno, che si è sforzato partire dal suo materno parlare, e ridursi al Volgare Cortigiano, e questo fu Brandino Padoano. Là onde tutti quelli del presente Capitolo comparendo a la sentenzia, determiniamo, che nè il Romagnuolo, nè il suo contrario, come si è detto, nè il Veneziano sia quello illustre Volgare, che cerchiamo.

*Fa gran discussione del parlare Bolognese*. Cap. XV.

ORa ci sforzeremo per espedirsi, a cercare quello che de la Italica selva ci resta. Dicemo adunque, che forse non hanno avuta mala opinione coloro, che affermano che i Bolognesi con molto bella loquela ragionano; conciò sia che da gli Imolesi, Ferraresi, e Modenesi qualche cosa al loro proprio parlare aggiungano; che tutti, sì come avemo mostrato, pigliano da i loro vicini, come Sordello dimostra la sua Mantoa, che con Cremona, Bressa, e Verona confina. Il qual uomo fu tanto in eloquenzia, che non solamente nei Poemi, ma in ciascun modo che parlasse il Volgare de la sua patria abbandonò. Pigliano ancora i prefati Cittadini la leggerezza, e la molizie da gli Imolesi, e da i Ferraresi, e Modonesi una certa loquacità, la qual è propria de i Lombardi. Questa per la mescolanza de i Longobardi forestieri crediamo essere rimasa ne gli uomini di quei paesi; e questa è la ragione per la quale non ritroviamo che niuno, nè Ferrarese, nè Modenese, nè Regiano sia stato Poeta; perciò che assuefatti a la propria loquacità, non possono per alcun modo senza qualche acerbità al Volgare Cortigiano venire; il che molto maggiormente de i Parmigiani è da pensare; i quali dicono *monto* per molto. Se adunque i Bolognesi da l'una, e da l'altra parte pigliano, come è detto, ragionevole cosa ci pare, che il loro parlare per la mescolanza de gli oppositi rimanga di laudabile suavità temperato. Il che per giudizio nostro senza dubbio essere crediamo. Vero è che se quelli, che prepongono il vulgare sermone de i Bolognesi, nel compararli essi hanno considerazione solamente a i Volgari de le città d'Italia,

*Vulgaris honore dignantur ; Et si quis eorum errore confessus vanitaret in hoc, recordetur si unquam dixit :*

Per le Plage de Dio tu non veras;

*inter quos omnes unum vidimus nitentem divertere a materno, & ad Curiale Vulgare intendere, videlicet Ildebrandinum Paduanum . Quare omnibus praesentis Capituli ad judicium comparentibus arbitramur , nec Romandiolum , nec suum oppositum , ut dictum est , nec Venetianum esse illud, quod quaerimus vulgare illustre .*

Facit magnam discussionem de idiomate Bononiensi.

*ILlud autem quod de Italica silva residet perconctari conemur expedientes ; dicimus ergo quod forte non male opinantur , qui Bononienses asserunt pulcriori locutione loquentes, cum ab Imolensibus , Ferrariensibus , & Mutinensibus circumstantibus aliquid proprio vulgari adsciscunt, sicut facere quoslibet a finitimis suis convicimus , ut Sordellus de Mantua sua ostendit Cremonae , Brixiae, atque Veronae confini : qui tantus eloquentiae vir existens non solum in poetando, sed quomodolibet loquendo patrium Vulgare deseruit . Accipiunt etiam praefati cives ab Imolensibus lenitatem, atque mollitiem, a Ferrariensibus vero, & Mutinensibus aliqualem garrulitatem , quae proprie Lombardorum est . Hanc ex comistione advenarum Longobardorum terrigenis credimus remansisse; & haec est causa, quare Ferrariensium, Mutinensium , vel Regianorum nullum invenimus poetasse. Nam propriae garrulitati assuefacti nullo modo possunt ad Vulgare Aulicum, sine quadam acerbitate venire; quod multo magis de Parmensibus est putandum, qui* monto, *pro multo dicunt . Si ergo Bononienses utrinque accipiunt, ut dictum est, rationabile videtur esse, quod eorum locutio per comistionem oppositorum , ut dictum est, ad laudabilem suavitatem remaneat temperata : quod procul dubio nostro judicio sic esse censemus : ita si praeponentes eos in vulgari sermone, sola municipalia Latinorum*

lia, volentieri ſi concordiamo con loro; ma ſe ſtimano ſimplicemente il Volgare Bologneſe eſſere da preferire, ſiamo da eſſi differenti, e diſcordi; perciò che egli non è quello, che noi chiamiamo Cortigiano, et Illuſtre, che ſe 'l foſſe quello, il Maſſimo Guido Guinicelli, Guido Ghisliero, Fabrizio, et Oneſto, et altri Poeti non fariano mai partiti da eſſo; perciò che furono Dottori illuſtri, e di piena intelligenzia ne le coſe volgari.

Il Maſſimo Guido.
*Madonna lo fermo core.*
Fabrizio.
*Lo mio lontano gire.*
Oneſto.
*Più non attendo il tuo ſoccorſo, Amore.*

Le quali parole ſono in tutto diverſe da le proprie Bologneſe. Ora perchè noi non crediamo, che alcuno dubiti di quelle città, che ſono poſte ne le eſtremità d'Italia; e ſe alcuno pur dubita, non lo ſtimiamo degno de la noſtra ſoluzione; però poco ci reſta ne la mia diſcuſſione da dire. Là onde diſiando di deporre il crivello, acciò che toſto veggiamo quello, che in eſſo è rimaſo; dico che Trento, e Turino, et Aleſſandria città ſono tanto propinque a i termini d'Italia, che non ponno avere pura loquela; tal che ſe così come hanno bruttiſſimo Volgare, così l'aveſſeno belliſſimo, ancora negherei eſſo eſſere veramente Italiano per la meſcolanza, che ha de gli altri. E però ſe cerchiamo il parlare Italiano Illuſtre, quello che cerchiamo non ſi può in eſſe città ritrovare.

*De lo eccellente parlar Volgare, il quale è comune a tutti gli Italiani.* Cap. XVI.

DApoi che avemo cercato per tutti i ſalti, e paſcoli d'Italia, e non avemo quella Pantera, che cerchiamo, trovato; per potere eſſa meglio trovare, con più ragione inveſtighiamola; acciò che quella, che in ogni luogo ſi ſente, e in ogni parte appare, con ſollecito ſtudio ne le noſtre reti totalmente inviluppiamo, Ripigliando adunque i noſtri iſtrumenti da cacciare, dicemo, che in

ogni

*Vulgaria comparando considerant, allubescentes concordamus cum illis; si vero simpliciter Bononiense praeferendum extimant, dissentientes discordamus ab eis: non etenim est quod Aulicum, & illustre vocamus; quoniam si fuisset Maximus Guido Guinicelli, Guido Ghisilerius, Fabricius, & Honestus, & alii poetantes Bononiae, nunquam a primo divertissent, qui doctores fuerunt illustres, & Vulgarium discretione repleti.*

*Maximus Guido.*

Madonna lo fermo core.

*Fabritius.*

Lo mio lontano gire.

*Honestus.*

Più non attendo il tuo soccorso, Amore.

*Quae quidem verba prorsus a mediastinis Bononiae sunt diversa: cumque de residinis in extremis Italiae civitatibus neminem dubitare pendamus, & si quis dubitat, illum nulla nostra solutione dignamur; parum restat in nostra discussione dicendum; quare cribellum cupientes deponere, ut residentiam cito visamus, dicimus Tridentum atque Taurinum, nec non Alexandriam civitates metis Italiae in tantum sedere propinquas, quod puras nequeunt habere loquelas, ita quod, sicut turpissimum habent vulgare, haberent pulcerrimum, propter aliorum comistionem esse vere Latinum negaremus; quare si Latium illustre venamur, quod venamur in illis inveniri non potest.*

Quod in quolibet idiomate est aliquid pulcrum, & in nullo omnia pulcra.

*Postquam venati saltus, & pascua sumus Italiae, nec Panteram, quam sequimur, adinvenimus; ut ipsam reperire possimus, rationabilius investigemus de illa, ut solerti studio redolentem ubique, & nec apparentem nostris penitus irretiamus retiaculis. Resumentes igitur venabula nostra, dicimus quod in omni genere rerum unum oportet*

*esse,*

ogni generazione di cose è di bisogno, che una ve ne sia con la quale tutte le cose di quel medesimo genere si abbiano a comparare, e ponderare; e quindi la misura di tutte le altre pigliare: come nel numero tutte le cose si hanno a misurare con la unità; e diconsi più, e meno secondo che da essa unità sono più lontane, o più ad essa propinque. E così nei colori tutti si hanno a misurare col bianco; e diconsi più, e meno visibili, secondo che a lui più vicini, e da lui più distanti si sono. E sì come di questi, che mostrano quantità, e qualità diciamo, parimente di ciascuno de i predicamenti, e de la sustanzia pensiamo potersi dire; cioè che ogni cosa si può misurare in quel genere con quella cosa, che è in esso genere simplicissima. Là onde ne le nostre azioni, in quantunque specie si dividano, si bisogna ritrovare questo segno, col quale esse si abbiano a misurare; perciò che in quello che facciamo come semplicemente uomini, avemo la virtù, la quale generalmente intendemo; perciò che secondo essa giudichiamo l'uomo buono, e cattivo; in quello poi che facciamo, come uomini cittadini, avemo la legge, secondo la quale si dice buono, e cattivo cittadino; ma in quello, che come uomini Italiani facciamo, avemo le cose simplicissime. Adunque se le azioni Italiane si hanno a misurare, e ponderare con i costumi, e con gli abiti, e col parlare, quelle de le azioni Italiane sono simplicissime, che non sono proprie di niuna città d'Italia, ma sono comuni in tutte; tra le quali ora si può discernere il Volgare, che di sopra cercavamo, essere quello, che in ciascuna città appare, e che in niuna riposa. Può ben più in una, che in un'altra apparere, come fa la simplicissima de le sustanzie, che è Dio, il quale più appare ne l'uomo, che ne le bestie, e che ne le piante, e più in queste, che ne le minere, et in esse più, che ne gli elementi, e più nel foco, che ne la terra. E la simplicissima quantità, che è uno, più appare nel numero disparo, che nel paro; et il simplicissimo colore, che è il bianco, più appare nel citrino, che nel verde. Adunque ritrovato quello, che cercavamo, dicemo, che 'l Volgare Illustre, Cardinale, Aulico, e Cortigiano in Italia è quello, il quale è di tutte le città Italiane, e non pare che sia di niuna; col quale i Volgari di tutte le città d'Italia si hanno a misurare, ponderare, e comparare.

Per-

*esse, quo generis illius omnia comparentur, & ponderentur: illinc aliorum omnium mensuram accipiamus. Sicut in numero cuncta mensurantur uno, & plura, vel pauciora dicuntur, secundum quod distant ab uno, vel ei propinquant, & sic in coloribus omnes albo mensurantur: nam visibiles magis dicuntur, & minus secundum quod accedunt, vel recedunt, & quemadmodum de iis dicimus, quae quantitatem, & qualitatem ostendunt de praedicamentorum quolibet, & de substantia posse dici putamus, scilicet quod unum quodque mensurabile sit secundum quod in genere est illo, quod simplicissimum est in ipso genere. Quapropter in actionibus nostris, quantumcumque dividantur in species, hoc signum inveniri oportet, quo & ipsae mensurentur; nam in quantum simpliciter ut homines agimus, virtutem habemus, ut generaliter illam intelligamus: nam secundum ipsam bonum, & malum hominem judicamus: in quantum ut homines cives agimus, habemus legem, secundum quam dicitur civis bonus, & malus: in quantum ut homines Latini agimus, quaedam habemus simplicissima signa, & morum, & habituum, & locutionis, quibus Latinae actiones ponderantur, & mensurantur. Quae quidem nobilissima sunt earum, quae Latinorum sunt, actionum haec nullius civitatis Italiae propria sunt, sed in omnibus communia sunt: inter quae nunc potest discerni Vulgare quod superius venabamur, quod in qualibet redolet civitate, nec cubat in ulla: potest tamen magis in una quam in alia redolere, sicut simplicissima substantiarum, quae Deus est, in homine magis redolet, quam in bruto: in animali, quam in planta: in hac, quam in minera: in hac, quam in coelo: in igne, quam in terra. Et simplicissima quantitas quod est unum in impari numero redolet magis quam in pari, & simplicissimus color, qui albus magis est in citrino quam in viridi redolet. Itaque adepti quod quaerebamus, dicimus Illustre, Cardinale, Aulicum, & Curiale Vulgare in Latio, quod omnis Latiae civitatis est, & nullius esse videtur, & quo municipia Vulgaria omnia Latinorum mensurantur, ponderantur, & comparantur.*

*Perchè si chiami questo parlare Illustre.* Cap. XVII.

PErchè adunque a questo ritrovato parlare aggiungendo Illustre, Cardinale, Aulico, e Cortigiano, così lo chiamiamo, al presente diremo; per il che più chiaramente faremo parere quello, che esso è. Primamente adunque dimostriamo quello, che intendiamo di fare, quando vi aggiungiamo Illustre, e perchè Illustre il dimandiamo. Per questo noi il dicemo Illustre, che illuminante, et illuminato risplende. Et a questo modo nominiamo gli uomini Illustri, overo perchè illuminati di potenzia sogliono con giustizia, e carità gli altri illuminare, overo che eccellentemente ammaestrati, eccellentemente ammaestrano, come fa Seneca, e Numa Pompilio, et il Volgare di cui parliamo, il quale innalzato di magisterio, e di potenzia, innalza i suoi di onore, e di gloria. E che 'l sia da magisterio innalzato, si vede, essendo egli di tanti rozi vocaboli Italiani, di tante perplesse costruzioni, di tante difettive pronunzie, di tanti contadineschi accenti, così egregio, così districato, così perfetto, e così civile ridotto, come Cino da Pistoja, e l'Amico suo ne le loro Canzoni dimostrano. Che 'l sia poi esaltato di potenzia, appare; e qual cosa è di maggior potenzia, che quella, che può i cuori de gli uomini voltare, in modo che faccia colui, che non vuole, volere, e colui che vuole, non volere, come ha fatto questo, e fa? Che egli poscia innalzi di onore chi lo possiede, è in pronto; non sogliono i domestici suoi vincere di fama i Re, i Marchesi, i Conti, e tutti gli altri Grandi? certo questo non ha bisogno di pruova. Quanto egli faccia poi i suoi famigliari gloriosi, noi stessi l'abbiamo conosciuto, i quali per la dolcezza di questa gloria ponemo dopo le spalle il nostro esilio. Adunque meritamente devemo esso chiamare Illustre.

Per-

Quod ex multis idiomatibus fiat unum pulchrum ; & facit mentionem de Cino Pistoriense.

*QUare autem hoc quod repertum est Illustre, Cardinale, Aulicum, & Curiale adjicientes, vocemus, nunc disponendum est, per quod clarius ipsum quod ipsum est facimus patere. Primum igitur quid intendimus, cum Illustre adjicimus, & quare Illustre dicimus, denudemus. Per hoc quidquid illustre dicimus, intelligimus quid illuminans, & illuminatum praefulget. Et hoc modo viros appellamus illustres, vel quia potestate illuminati, alios & justitia, & caritate illuminant, vel quia excellentes Magistrati excellenter magistrent, ut Seneca, & Numa Pompilius. Et Vulgare, de quo loquimur, & sublimatum est Magistratu, & potestate, & suos honore sublimat, & gloria. Magistratu quidem sublimatum videtur, cum de tot rudibus Latinorum vocabulis, de tot perplexis constructionibus, de tot defectivis prolationibus, de tot rusticanis accentibus, tam egregium, tam extricatum, tam perfectum, & tam urbanum videamus electum: ut Cinus Pistoriensis, & Amicus ejus ostendunt in Cantionibus suis. Quod autem sit exaltatum potestate, videtur: & quid majoris potestatis est, quam quod humana corda versare potest? ita ut nolentem, volentem: & volentem, nolentem faciat, velut ipsum & fecit, & facit. Quod autem honore sublimet, in promptu est; Nonne domestici sui Reges, Marchiones, & Comites, & Magnates quoslibet fama vincunt? minime hoc probatione indiget. Quantum vero suos familiares gloriosos efficiat, nos ipsi novimus, qui hujus dulcedine gloriæ nostrum exilium postergamus; quare ipsum Illustre merito profiteri debemus.*

De

*Perchè questo parlare si chiami Cardinale, Aulico, e Cortigiano.* Cap. XVIII.

NOn senza ragione esso Volgare Illustre orniamo di seconda giunta, cioè che Cardinale il chiamiamo; perciò che sì come tutto l'uscio seguita il cardine, tal che dove il cardine si volta, ancor esso (o entro, o fuori, che 'l si pieghi) si volge, così tutta la moltitudine de i Volgari de le città si volge, e rivolge, si muove, e cessa secondo che fa questo. Il quale veramente appare esser Padre di famiglia; non cava egli ogni giorno i spinosi arboscelli de la Italica selva? non pianta egli ogni giorno semente, o inserisce piante? che fanno altro gli agricoli di lei se non che lievano, e pongono, come si è detto? Il perchè merita certamente essere di tanto vocabolo ornato. Perchè poi noi il nominiamo Aulico, questa è la cagione; perciò che se noi Italiani avessemo aula, questi sarebbe palatino. Se la aula poi è comune casa di tutto il regno, e sacra gubernatrice di tutte le parti di esso; convenevole cosa è, che ciò che si truova esser tale, che sia comune a tutti, e proprio di niuno, in essa conversi, et abiti; nè alcuna altra abitazione è degna di tanto abitatore. Questo veramente ci pare esser quel Volgare, del quale noi parliamo; e quinci avviene, che quelli, che conversano in tutte le corti regali, parlano sempre con Volgare Illustre. E quinci ancora è intervenuto, che il nostro Volgare, come forestiero va peregrinando, et albergando ne gli umili asili, non avendo noi aula. Meritamente ancora si dee chiamare Cortigiano, perciò che la cortigiania niente altro è, che una pesatura de le cose, che si hanno a fare; e conciò sia che la statera di questa pesatura solamente ne le eccellentissime corti esser soglia, quinci avviene, che tutto quello, che ne le azioni nostre è ben pesato, si chiama Cortigiano. Là onde essendo questo ne la eccellentissima corte d'Italia pesato, merita esser detto Cortigiano. Ma a dire, che 'l sia ne la eccellentissima corte d'Italia pesato, pare fabuloso, essendo noi privi di corte; a la qual cosa facilmente si risponde. Perciò che avegna che la corte (secondo che unica si piglia, come quella del Re di Alemagna) in Italia non sia, le membra sue però non ci mancano; e come

De excellentia Vulgaris Eloquentiae, & quod communis est omnibus Italicis.

*NEque sine ratione ipsum Vulgarem illustrem decoramus adjectione secunda, videlicet ut id Cardinale vocemus; nam sicut totum ostium cardinem sequitur, & quo cardo vertitur, versatur & ipsum, seu introrsum, sive extrorsum flectatur: sic & universus municipalium Vulgarium grex vertitur, & revertitur, movetur, & pausat, secundum quod istud: quod quidem vere pater familias esse videtur; nonne cotidie extirpat sentosos fructices de Italica silva? nonne cotidie vel plantas inserit, vel plantaria plantat? quid aliud agricolae sui satagunt, nisi ut admoveant, & removeant, ut dictum est? quare prorsus tanto decorari vocabulo promeretur. Quia vero Aulicum nominamus, illud causa est, quod si aulam nos Itali haberemus, palatinum foret: nam si aula totius Regni communis est domus, & omnium Regni partium gubernatrix augusta, quicquid tale est, ut omnibus sit commune, nec proprium ulli, conveniens est, ut in ea conversetur, & habitet: nec aliquod aliud habitaculum tanto dignum est habitante. Hoc nempe videtur esse id, de quo loquimur Vulgare; & hinc est, quod in regiis omnibus conversantes, semper Illustri Vulgari loquuntur. Hinc etiam est, qnod nostrum Illustre velud accola peregrinatur, & in humilibus hospitatur asylis, cum aula vacemus. Est etiam merito Curiale dicendum, quia curialitas nil aliud est, quam librata regula eorum, quae peragenda sunt; & quia statera hujusmodi librationis tantum in excellentissimis curiis esse solet, hinc est quod quicquid in actibus nostris bene libratum est, curiale dicatur. Unde cum istud in excellentissima Italorum curia sit libratum, dici curiale meretur. Sed dicere quod in excellentissima Italorum curia sit libratum, videtur nugatio, cum curia careamus: ad quod facile respondetur; nam licet curia (secundum quod unica*

*acci-*

me le membra di quella da un Principe si uniscono, così le membra di questa dal grazioso lume de la ragione sono unite; e però sarebbe falso a dire, noi Italiani mancar di Corte, quantunque manchiamo di Principe; perciò che avemo corte, avegna che la sia corporalmente dispersa.

*Che i Volgari Italici in uno si riducano, e quello si chiami Italiano.* Cap. XIX.

QUesto Volgare adunque, che essere Illustre, Cardinale, Aulico, e Cortigiano avemo dimostrato, dicemo esser quello, che si chiama Volgare Italiano: perciò che sì come si può trovare un Volgare, che è proprio di Cremona, così se ne può trovar uno, che è proprio di Lombardia, et un altro che è proprio di tutta la sinistra parte d'Italia; e come tutti questi si ponno trovare, così parimente si può trovare quello, che è di tutta Italia; e sì come quello si chiama Cremonese, e quell' altro Lombardo, e quell' altro di meza Italia, così questo che è di tutta Italia, si chiama Volgare Italiano. Questo veramente hanno usato gl' Illustri Dottori, che in Italia hanno fatto Poemi in lingua volgare; cioè i Siciliani, i Pugliesi, i Toscani, i Romagnuoli, i Lombardi, e quelli de la Marca Trivigiana, e de la Marca d' Ancona. E conciò sia che la nostra intenzione (come avemo nel principio de l'opera promesso) sia d' insegnare la dottrina de la Eloquenzia Volgare, però da esso Volgare Italiano, come da eccellentissimo cominciando, tratteremo ne i seguenti libri, chi siano quelli, che pensiamo degni di usare esso, e perchè, e a che modo, e dove, e quando, et a chi sia esso da drizzare. Le quali cose chiarite che siano, avremo cura di chiarire i Volgari inferiori, di parte in parte scendendo fino a quello che è d' una famiglia sola.

LI-

*accipitur, ut curia Regis Alamaniae) in Italia non sit, membrum tamen ejus non desinit: & sicut membra illius uno Principe uniuntur, sic membra hujus gratioso lumine rationis unita sunt; quare falsum esset dicere, curia carere Italos, quamquam Principe careamus: quoniam curiam habemus, licet corporaliter sit dispersa.*

Quod idiomata Italica ad unum reducuntur, & illud appellatur Latinum.

*HOc autem Vulgare, quod Illustre, Cardinale, Aulicum esse, & Curiale ostensum est, dicimus esse illud, quod Vulgare Latinum appellatur. Nam sicut quoddam Vulgare est invenire, quod proprium est Cremonae, sic quoddam est invenire, quod proprium est Lombardiae: & sicut est invenire aliquod, quod sit proprium Lombardiae, sic est invenire aliquod, quod sit totius sinistrae Italiae proprium; & sicut omnia haec est invenire, sic & illud quod totius Italiae est, & sicut illud Cremonense, ac illud Lombardum, & tertium Semilatium, sic istud quod totius Italiae est, Latinum Vulgare vocatur. Hoc enim usi sunt Doctores illustres, qui lingua Vulgari poetati sunt in Italia, ut Siculi, Apuli, Tusci, Romandioli, Lombardi, & utriusque Marchiae viri. Et quia intentio nostra, ut polliciti sumus in principio hujus operis, est, doctrinam de Vulgari Eloquentia tradere: ab ipso, tanquam ab excellentissimo incipientes, quos putamus ipso dignos uti, & propter quid, & quomodo, nec non ubi, quando, & ad quos ipsum dirigendum sit, in immediatis libris tractabimus: quibus illuminatis inferiora Vulgaria illuminare curabimus, gradatim descendentes ad illud, quod unius solius familiae proprium est.*

# LIBRO SECONDO
## DE LA
## VOLGARE ELOQUENZIA
# DI DANTE ALIGIERI
## CAPITOLO PRIMO.

*Quali sono quelli che denno usare il Volgare Illustre, e quali nò.*

PRomettendo un' altra volta la diligenzia del nostro ingegno, e ritornando al calamo de la utile opera, sopra ogni cosa confessiamo, che 'l sta bene ad usarsi il Volgare Italiano Illustre così ne la prosa, come nel verso. Ma perciò che quelli che scriveno in prosa, pigliano esso Volgare Illustre specialmente da i trovatori; e però quello che è stato trovato, rimane un fermo esempio a le prose, ma non al contrario; perciò che alcune cose pajono dare principalità al verso; adunque secondo che esso è metrico, versifichiamolo, trattandolo con quell' ordine, che nel fine del primo libro avemo promesso. Cerchiamo adunque primamente, se tutti quelli che fanno versi volgari, lo denno usare, o nò. Vero è, che così superficialmente appare di sì; perciò che ciascuno che fa versi, dee ornare i suoi versi in quanto 'l può. Là onde non essendo niuno sì grande ornamento, com' è il Volgare Illustre, pare che ciascun versificatore lo debbia usare. Oltre di questo, se quello, che in suo genere è ottimo, si mescola con lo inferiore, pare che non solamente non gli toglia nulla, ma che lo faccia migliore. E però se alcun versificatore (ancora che faccia rozamente versi) lo mescolerà con la sua rozezza, non solamente a lei farà bene, ma appare che così le sia bisogno di fare; perciò che molto è più bisogno di ajuto a quelli che ponno poco, che a quelli che ponno assai; e così appare, che a tutti i versificatori sia licito di usarlo; ma questo è fal-

# DANTIS ALIGERII DE VULGARI ELOQUIO, SIVE IDIOMATE

## *LIBER SECUNDUS.*

### Quibus conveniat uti polito, & ornato Vulgari, & quibus non conveniat.

POllicitantes iterum celebritatem ingenii nostri, & ad calamum frugi operis redeuntes, ante omnia confitemur Latinum Vulgare illustre tam prosaice, quam metrice decere proferri. Sed quia ipsum prosaicantes ab inventoribus magis accipiunt; & quia quod inventum est prosaicantibus permanet firmum exemplar, & non e contrario, quia quaedam videntur praebere primatum; ergo secundum quod metricum est, ipsum carminemus, ordine pertractantes illo, quem in fine p[illegible] libri polluximus. Quaeramus igitur prius, utrum versificantes vulgariter debeant illud uti; & superficie tenus videtur, quod sic; quia omnis, qui versificatur, suos versus exornare debet in quantum potest; quare cum nullum sit tam grandis exornationis, quam Vulgare Illustre, videtur, quod quisque versificator debeat ipsum uti: praeterea quod optimum est in genere suo, si suis inferioribus misceatur, non solum nil derogare videtur eis, sed ea meliorare videtur. Quare si quis versificator, quamquam rude versificetur, ipsum suae ruditati admisceat, non solum bene ipsi ruditati faciet, sed ipsum sic facere oportere videtur. Multo magis opus est adjutorio illis, qui pauca, quam qui multa possunt; & sic apparet quod omnibus versificantibus liceat ipsum uti. Sed hoc falsissimum est, quia nec

falsissimo; perciò che ancora gli eccellentissimi Poeti non se ne denno sempre vestire, come per le cose di sotto trattate si potrà comprendere. Adunque questo Illustre Volgare ricerca uomini simili a se, sì come ancora fanno gli altri nostri costumi, e abiti: la magnificenza grande ricerca uomini potenti, la porpora uomini nobili; così ancor questo vuole uomini di ingegno, e di scienzia eccellenti; e gli altri dispregia, come per le cose, che poi si diranno, sarà manifesto. Tutto quello adunque, che a noi si conviene, o per il genere, o per la sua specie, o per lo individuo ci si conviene; come è sentire, ridere, armeggiare; ma questo a noi non si conviene per il genere; perchè sarebbe convenevole anco a le bestie; nè per la specie; perchè a tutti gli uomini saria convenevole: di che non c' è alcun dubbio; che niun dice, che'l si convenga a i montanari. Ma gli ottimi concetti non possono essere, se non dove è scienzia, et ingegno; adunque la ottima loquela non si conviene se non per le proprie dignità; come è mercantare, armeggiare, reggere. E però se le cose convenienti risguardano le dignità, cioè i degni; et alcuni possono essere degni, altri più degni, et altri degnissimi; è manifesto, che le cose buone a i degni, le migliori a i più degni, le ottime a i dignissimi si convengono; e conciò sia che la loquela non altrimenti sia necessario istromento a i nostri concetti, di quello che si sia il cavallo al soldato; e convenendosi gli ottimi cavalli a gli ottimi soldati; a gli ottimi concetti (come è detto) la ottima loquela si converrà; ma gli ottimi concetti non ponno essere, se non dove è scienzia, et ingegno; adunque la ottima loquela non si conviene se non a quelli, che hanno scienzia, et ingegno; e così non a tutti i versificatori si convien ottima loquela. E conseguentemente nè l'ottimo Volgare; conciò sia che molti senza scienzia, e senza ingegno facciano versi. E però se a tutti non conviene, tutti non denno usare esso; perciò che niuno dee far quello, che non si li conviene. E dove dice, che ogni uno dee ornare i suoi versi quanto può, affermiamo esser vero; ma nè il bove efipito; nè il porco balteato chiameremo ornato, anzi fatto brutto, e di loro si rideremo; perciò che l'ornamento non è altro, che uno aggiungere qualche convenevole cosa a la cosa, che si orna. A quello ove dice, che la cosa superiore con la inferiore mescolata adduce perfezione, dico esser vero, quan-

*semper excellentissime poetantes debent illud induere, sicut per inferius pertractata perpendi poterit. Exigit ergo istud sibi consimiles viros, quemadmodum alii nostri mores, & habitus; exigit enim magnificentia magna potentes, purpura viros nobiles, sic & hoc excellentes ingenio, & scientia quaerit, & alios aspernatur, ut per inferiora patebit: nam quicquid nobis convenit, vel gratia generis, vel speciei, vel individui convenit, ut sentire, ridere, militare; sed nobis non convenit hoc gratia generis, quia etiam brutis conveniret: nec gratia speciei, quia cunctis hominibus esset conveniens, de quo nulla quaestio est; nemo enim montaninis hoc dicet esse conveniens; sed optimae conceptiones non possunt esse, nisi ubi scientia, & ingenium est; ergo optima loquela non convenit rusticana tractantibus; convenit ergo individui gratia, sed nihil individuo convenit, nisi per proprias dignitates, puta mercari, & militare, ac regere: quare si convenientia respiciunt dignitates, hoc est dignos; & quidam digni, quidam digniores, quidam, dignissimi esse possunt; manifestum est quod bona dignis, meliora dignioribus, & optima dignissimis convenient; & cum loquela non aliter sit necessarium instrumentum nostrae conceptionis, quam equus militis; & optimis militibus optimi conveniant equi, ut dictum est, optimis conceptionibus, optima loquela conveniet; sed optimae conceptiones non possunt esse, nisi ubi scientia, & ingenium est; ergo optima loquela non convenit nisi in illis, in quibus ingenium, & scientia est; & sic non omnibus versificantibus optima loquela convenit: cum plerique sine scientia, & ingenio versificentur: & per consequens, nec optimum vulgare. Quare si non omnibus convenit, non omnes ipsum debent uti: quia inconvenienter agere nullus debet. Et ubi dicitur, quod quilibet suos versus exornare debet, in quantum potest, verum esse testamur; sed nec bovem ephippiantum, nec balteatum suem dicemus ornatum, immo potius deturpatum ridemus illum; est enim exornatio alicujus convenientis additio. Ad illud ubi dicitur, quod superiora in-*

quando la ſeparazione non rimane ; come è, ſe l' oro fonderemo inſieme con l' argento ; ma ſe la ſeparazione rimane, la coſa inferiore ſi fa più vile ; come è meſcolare belle donne con brutte. Là onde conciò ſia che la ſentenzia de i verſificatori ſempre rimanga ſeparatamente meſcolata con le parole, ſe la non ſarà ottima ad ottimo Volgare accompagnata, non migliore, ma peggiore apparerà, a guiſa di una brutta donna, che ſia di ſeta, d' oro veſtita.

### *In qual materia ſtia bene uſare il Volgare Illuſtre.* Cap. II.

DApoichè avemo dimoſtrato, che non tutti i verſificatori, ma ſolamente gli eccellentiſſimi denno uſare il Volgare Illuſtre, conſequente coſa è dimoſtrare poi, ſe tutte le materie ſono da eſſere trattate in eſſo, o nò ; e ſe non ſono tutte, veder ſeparatamente quali ſono degne di eſſo. Circa la qual coſa prima è da trovare quello che noi intendemo, quando dicemo degna eſſere quella coſa, che ha dignità, sì come è nobile quello che ha nobiltà; e così conoſciuto lo abituante, ſi conoſce lo abituato, in quanto abituato di queſto ; però conoſciuta la dignità, conoſceremo ancora il degno. E' adunque la dignità un effetto, overo termino de i meriti ; perciò che quando uno ha meritato bene, dicemo eſſere pervenuto a la dignità del bene ; e quando ha meritato male, a quella del male ; cioè quello che ha ben combattuto, è pervenuto a la dignità de la vittoria, e quello che ha ben governato, a quella del regno ; e così il bugiardo a la dignità de la vergogna, ed il ladrone a quella de la morte. Ma conciò ſia che in quelli, che meritano bene, ſi facciano comparazioni, e così ne gli altri, perchè alcuni meritano bene, altri meglio, altri ottimamente, et alcuni meritano male, altri peggio, altri peſſimamente ; e conciò ancora ſia, che tali comparazioni non ſi facciano, ſe non avendo riſpetto al termino de i meriti, il qual termino ( come è detto ) ſi dimanda dignità, manifeſta coſa è, che parimente le dignità hanno comparazione tra ſe, ſecondo il più, et il meno ; cioè che alcune ſono grandi, altre maggiori, altre grandiſſime ; e conſequentemente alcuna coſa è degna, altra più degna, al-

tra

*ſerioribus admixta profectum adducunt, dicimus verum eſſe, quando ceſſe: diſcretio, puta ſi aurum cum argento conflemus; ſed ſi diſcretio remanet, inferiora vileſcunt, puta cum formoſae mulieres deformibus admiſcentur. Unde cum ſententia verſificantium ſemper verbis diſcretive mixta remaneat, ſi non fuerit optima, optimo ſociata Vulgari, non melior, ſed deterior apparebit, quemadmodum turpis mulier, ſi auro, vel ſerico veſtiatur.*

## In qua materia conveniat ornata eloquentia Vulgaris.

*POſtquam non omnes verſificantes, ſed tantum excellentiſſimos Illuſtre uti Vulgare debere aſtruximus, conſequens eſt aſtruere, utrum omnia ipſo tractanda ſint, aut non; & ſi non omnia, quae ipſo digna ſunt, ſegregatim oſtendere. Circa quod primo reperiendum eſt id, quod intelligimus per illud, quod dicimus, Dignum eſſe, quod dignitatem habet: ſicut nobile, quod nobilitatem; & ſic cognito habituante, habituatum cognoſcitur, in quantum hujus; unde cognita dignitate, cognoſcemus & dignum. Eſt enim dignitas meritorum effectus, ſive terminus; ut cum quis benemeruit, ad boni dignitatem perventum eſſe dicimus: cum male vero, ad mali: puta bene militantem, ad victoriae dignitatem: bene autem regentem, ad regni: nec non mendacem ad ruboris dignitatem, & latronem ad eam, quae eſt mortis. Sed cum in benemerentibus fiant comparationes, ſicuti in aliis, ut quidam bene, quidam melius, quidam optime, quidam male, quidam pejus, quidam peſſime mereantur, & hujuſmodi comparationes non fiant, niſi per reſpectum ad terminum meritorum, quem dignitatem dicimus, ut dictum eſt: manifeſtum eſt quod dignitates inter ſe comparantur ſecundum magis, & minus, ut quaedam magnae, quaedam majores, quædam maximae ſint, & per conſequens aliud dignum, aliud dignius, aliud digniſſimum eſſe conſtat. Et cum comparatio dignitatum non fiat circa idem objectum, ſed circa diverſa, ut dignius dicamus, quod majoribus: di-*

tra digniſſima; e conciò ſia che la comparazione de le dignità non ſi faccia circa il medeſimo objetto, ma circa diverſi, perchè dicemo più degno quello, che è degno di una coſa più grande, e digniſſimo quello, che è degno d'una altra coſa grandiſſima; perciò che niuno può eſſere di una ſteſſa coſa più degno; manifeſto è che le coſe ottime (ſecondo che porta il devere) ſono de le ottime degne. Là onde eſſendo queſto Vulgare Illuſtre (che dicemo) ottimo ſopra tutti gli altri Vulgari, conſequente coſa è, che ſolamente le ottime materie ſiano degne di eſſere trattate in eſſo; ma quali ſi ſiano poi quelle materie, che chiamiamo digniſſime, è buono al preſente inveſtigarle. Per chiarezza de le quali coſe è da ſapere, che sì come ne l'uomo ſono tre anime, cioè la vegetabile, la animale, e la razionale, così eſſo per tre ſentieri camina; perciò che ſecondo, che ha l'anima vegetabile, cerca quello, che è utile, in che partecipa con le piante; ſecondo che ha l'animale, cerca quello, che è dilettevole, in che partecipa con le beſtie; e ſecondo che ha la razionale, cerca l'oneſto, in che è ſolo, overo a la natura Angelica s'accompagna; tal che tutto quel che facciamo, par, che ſi faccia per queſte tre coſe. E perchè in ciaſcuna di eſſe tre ſono alcune coſe, che ſono più grandi, et altre grandiſſime; per la qual ragione quelle coſe, che ſono grandiſſime, ſono da eſſere grandiſſimamente trattate, e conſequentemente col grandiſſimo Volgare; ma è da diſputare quali ſi ſiano queſte coſe grandiſſime. E primamente in quello, che è utile; nel quale ſe accortamente conſideriamo la intenzione di tutti quelli, che cercano la utilità, niuna altra troveremo, che la ſalute. Secondariamente in quello, che è dilettevole; nel quale dicemo quello eſſere maſſimamente dilettevole, che per il precioſiſſimo objetto de l'appetito diletta; e queſti ſono i piaceri di Venere. Nel terzo, chè è l'oneſto, niun dubita eſſere la virtù. Il perchè appare queſte tre coſe, cioè la ſalute, i piaceri di Venere, e la virtù eſſere quelle tre grandiſſime materie, che ſi denno grandiſſimamente trattare, cioè quelle coſe, che a queſte grandiſſime ſono; come è la gagliardezza de l'armi, l'ardenzia de l'amore, e la regola de la volontà. Circa le quali tre coſe ſole (ſe ben riſguardiamo) troveremo gli uomini illuſtri aver volgarmente cantato; cioè Beltrame di Bornio le armi; Arnaldo Danielo lo amore; Gerardo de Bornello la rettitudine, Cino da Piſtoja lo amore; Lo Amico ſuo la rettitudine. Bel-

*gnissimum quod maximis dignum est, quia nihil eodem dignius esse potest; manifestum est, quod optima optimis secundum rerum exigentiam, digna sint. Unde cum hoc, quod dicimus Illustre, sit optimum aliorum Vulgarium, consequens est, ut sola optima digna sint ipso tractari, quae quidem tractandorum dignissima nuncupamus. Nunc autem quae sint ipsa venemur; ad quorum evidentiam sciendum est, quod sicut homo tripliciter spirituatus est, videlicet vegetabili, animali, & rationali, triplex iter perambulat. Nam secundum quod vegetabile quid est, utile quaerit: in quo cum plantis communicat; secundum quod animale, delectabile, in quo cum brutis; secundum quod rationale*, honestum quaerit: in quo solus est, vel Angelicae naturae sociatur. Per haec tria quicquid agimus, agere videmur; & quia in quolibet istorum quaedam sunt majora, quaedam maxima, secundum quod talia, quae maxima sunt, maxime pertractanda videntur; & per consequens maximo Vulgari. Sed differendum est, quae maxima sint: & primo in eo quod est utile: in quo si callide consideremus intentum omnium quaerentium utilitatem, nil aliud, quam salutem inveniemus. Secundum in eo, quod est delectabile: in quo dicimus illud esse maxime delectabile, quod per preciosissimum objectum appetitus delectat: hoc autem Venus. Tertio in eo, quod est honestum: in quo nemo dubitat esse Virtutem. Quare haec tria, Salus videlicet, Venus, Virtus apparent esse illa magnalia, quae sint maxime pertractanda, hoc est ea, quae maxima sunt ad ista, ut armorum probitas, amoris ascensio, & directio voluntatis. Circa quae sola, si bene recolimus, illustres viros invenimus vulgariter poetasse; scilicet Bertramum de Bornio, Arma, Arnaldum Danielem, Amorem, Gerardum de Bornello, Rectitudinem, Cinum Pistoriensem, Amorem, Amicum ejus, Rectitudinem.*

Bertra-

Beltrame adunque dice.

*Non pos nul dat con cantar no exparia.*

Arnaldo:

*Laura amara fal bruol brancum danur*

Gerardo:

*Più ſolaz reveillar, che per trop en dormir.*

Cino:

*Degno ſon io ch' io mora.*

Lo Amico ſuo:

*Doglia mi reca ne lo cuore ardire.*

Non trovo poi, che niun Italiano abbia fin quì cantato de l'armi. Veduto adunque queſte coſe ( che avemo detto ) ſarà manifeſto quello, che ſia nel Volgare altiſſimo da cantare.

*In qual modo di rime ſi debbia uſare il Volgare altiſſimo.* Cap. III.

ORa ci sforzeremo ſollicitamente d' inveſtigare il modo, col quale debbiamo ſtringere quelle materie, che ſono degne di tanto Volgare. Volendo adunque dare il modo, col quale queſte degne materie ſi debbiano legare; Primo dicemo deverſi a la memoria ridurre, che quelli, che hanno ſcritto Poemi volgari, hanno eſſi per molti modi mandati fuori; cioè alcuni per Canzoni, altri per Ballate, altri per Sonetti, altri per alcuni altri illegitimi, et irregulari modi, come di ſotto ſi moſtrerà. Di queſti modi adunque il modo de le Canzoni eſſere eccellentiſſimo giudichiamo; là onde ſe lo eccellentiſſimo, è de lo eccellentiſſimo degno, come di ſopra è provato, le materie, che ſono degne de lo eccellentiſſimo Volgare, ſono parimente degne de lo eccellentiſſimo modo, e conſeguentemente ſono da trattare ne le Canzoni; e che 'l modo de le Canzoni poi ſia tale, come ſi è detto, ſi può per molte ragioni inveſtigare. E prima eſſendo Canzone tutto quello, che ſi ſcrive in verſi, et eſſendo a le Canzoni ſole tal vocabolo attribuito, certo non ſenza antiqua prerogativa è proceſſo. Appreſſo quello, che per ſe ſteſſo adempie tutto quello, perchè egli è fatto, pare eſſer più nobile, che quello, che ha biſogno di coſe, che ſiano fuo-

*Bertramus etenim ait :*

Non pos nul dat, con cantar no exparia.

*Arnaldus :*

Laura amara fal broul brancum danur.

*Gerardus :*

Più ſolaz reveillar, che per trop en dormir.

*Cinus :*

Degno ſon io ch' io mora.

*Amicus ejus :*

Doglia mi reca ne lo cuore ardire.

*Arma vero nullum Italum adhuc invenio poetaſſe. His proinde viſis, quae canenda ſint Vulgari, altiſſimo innoteſcunt.*

## Diſtinguit quibus modis Vulgariter Verſificatores poetantur.

*NUnc autem quomodo ea coartare debemus, quae tanto ſunt digna Vulgari, ſollicite veſtigare conemur. Volentes ergo modum tradere, quo ligari haec digna exiſtant, primum dicimus eſſe ad memoriam reducendum, quod Vulgariter poetantes ſua Poemata multimodis protulerunt; quidam per Cantiones, quidam per Ballatas, quidam per Sonitus, quidam per alios illegitimos, & irregulares modos, ut inferius oſtendetur. Horum autem modorum Cantionum modum excellentiſſimum eſſe penſamus: quare ſi excellentiſſima excellentiſſimis digna ſunt, ut ſuperius eſt probatum, illa quae excellentiſſima ſunt, Vulgari modo excellentiſſimo digna ſunt, & per conſequens in Cantionibus pertractanda: quod autem modus Cantionum ſit talis, ut dictum eſt, pluribus poteſt rationibus indagari. Prima quidem quia, cum quicquid verſificamur ſit cantio, ſolae Cantiones hoc vocabulum ſibi ſortitae ſunt: quod nunquam ſine vetuſta proviſione proceſſit. Adhuc quicquid per ſe ipſum efficit illud, ad quod factum eſt, nobilius eſſe videtur, quam quod extrinſeco indiget: ſed Cantiones*

*per*

fuori di se; ma le Canzoni fanno per se stesse tutto quello, che denno; il che le Ballate non fanno: perciò che hanno bisogno di sonatori, a li quali sono fatte; adunque seguita, che le Canzoni siano da essere stimate più nobili de le Ballate, e conseguentemente il modo loro essere sopra gli altri nobilissimo; conciò sia che niuno dubiti, che il modo de le Ballate non sia più nobile di quello de i Sonetti. Appresso pare, che quelle cose siano più nobili che arrecano più onore a quelli, che le hanno fatte, e le Canzoni arrecano più onore a quelli, che le hanno fatte, che non fanno le Ballate; adunque sono di esse più nobili, e consequentemente il modo loro è nobilissimo. Oltre di questo le cose, che sono nobilissime, molto caramente si conservano; ma tra le cose cantate, le Canzoni sono molto caramente conservate, come appare a coloro, che vedeno i libri; adunque le Canzoni sono nobilissime, e consequentemente il modo loro è nobilissimo. Appresso ne le cose artificiali quello è nobilissimo, che comprende tutta l'arte; essendo adunque le cose, che si cantano artificiali, e ne le Canzoni sole comprendendosi tutta l'arte, le Canzoni sono nobilissime, e così il modo loro è nobilissimo sopra gli altri. Che tutta l'arte poi sia ne le Canzoni compresa, in questo si manifesta, che tutto quello, che si truova de l'arte è in esse, ma non si converte. Questo segno adunque di ciò, che dicemo, è nel cospetto di ogni uno pronto; perciò che tutto quello da la cima de le teste de gli illustri poeti è disceso a le loro labbra, solamente ne le Canzoni si ritruova. E però al proposito è manifesto, che quelle cose, che sono degne di altissimo Volgare, si denno trattare ne le Canzoni.

*Quali denno essere i suggetti de le Canzoni.* Cap. IV.

DApoi che avemo districando approvato quali uomini siano degni del Volgare Aulico, e che materie siano degne di esso, e parimente il modo, il quale facemo degno di tanto onore, che solo a lo altissimo Volgare si convenga; Prima che noi andiamo ad altro dichiariamo il modo de le Canzoni, le quali pajono da molti più tosto per caso, che per arte usurparsi. E manifestiamo il magisterio di quell'arte, il quale fin quì è stato casualmen-

men-

*per se totum quod debent, efficiunt, quod Ballatae non faciunt (indigent enim plausoribus, ad quos editae sunt) ergo Cantiones nobiliores Ballatis esse sequitur extimandas, & per consequens nobilissimum aliorum esse modum illarum: cum nemo dubitet, quin Ballatae Sonitus nobilitate modi excellant. Praeterea illa videntur nobiliora esse, quae conditori suo magis honoris afferant: sed Cantiones magis afferunt conditoribus, quam Ballatae: ergo nobiliores sunt, & per consequens modus earum nobilissimus aliorum. Praeterea quae nobilissima sunt, carissime conservantur: sed inter ea quae cantata sunt, Cantiones carissime conservantur; ut constat visitantibus libros, ergo Cantiones nobilissimae sunt; & per consequens modus earum nobilissimus est. Adhuc in artificiatis illud est nobilissimum, quod totam comprehendit artem; cum ergo ea, quae cantantur, artificiata existant, & in solis Cantionibus ars tota comprehendatur, Cantiones nobilissimae sunt: & sic modus earum nobilissimus aliorum. Quod autem tota comprehendatur in Cantionibus ars cantandi poetice, in hoc palatur, quod quicquid artis reperitur, in ipsis est, sed non convertitur. Hoc signum autem horum, quae dicimus, promptum in conspectu habetur: nam quicquid de cacuminibus illustrium capitum poetantium profluxit ad labia, in solis Cantionibos invenitur. Quare ad propositum patet, quod ea, quae digna sunt Vulgari altissimo, in Cantionibus tractanda sunt.*

## De varietate stili eorum, qui poetice scribunt.

QUando quidem apotiavimus extricantes, qui sint Aulico digni Vulgari, & quae, nec non modus, quem tanto dignamur honore, ut solus altissimo Vulgari conveniat; antequam migremus ad alia, modum Cantionum, quas casu magis, quam arte multi usurpare videntur, enucleemus: & qui huc usque casualiter est assumptus, illius artis ergasterium reseremus, modum Ballatarum, & So-*

mente preso, lasciando da parte il modo de le Ballate, e de i Sonetti; perciò che esso intendemo dilucidare nel quarto libro di quest' opera nostra, quando del Volgare mediocre tratteremo. Riveggendo adunque le cose, che avemo detto, ci ricordiamo avere spesse volte quelli, che fanno versi volgari, per Poeti nominati; il che senza dubbio ragionevolmente avemo avuto ardimento di dire; perciò che sono certamente Poeti, se drittamente la Poesia consideriamo; la quale non è altro, che una finzione rettorica, e posta in musica; nondimeno sono differenti da i gran Poeti, cioè da i regulati; perciò che quelli hanno usato sermone, et arte regulata, e questi (come si è detto) hanno ogni cosa a caso; il perchè avviene, che quanto più strettamente imitiamo quelli, tanto più drittamente componiamo; e però noi, che volemo porre ne le opere nostre qualche dottrina, ci bisogna le loro poetiche dottrine imitare. Adunque sopra ogni cosa dicemo, che ciascuno debbia pigliare il peso della materia equale a le proprie spalle, acciò che la virtù di esse dal troppo peso gravata, non lo sforzi a cader nel fango. Questo è quello, che il maestro nostro Orazio comanda, quando nel principio de la sua Poetica dice:

*Voi, che scrivete versi, abbiate cura*
*Di tor subjetto al valor vostro equale.*

Dapoi ne le cose, che ci occorreno a dire, vedemo usare divisione, considerando se sono da cantarsi con modo tragico, o comico, o elegiaco, per la Tragedia intendemo lo stile superiore de i miseri. Se le cose che ci occorreno, pare che siano da essere cantate col modo tragico, allora è da pigliare il Volgare Illustre; e consequentemente da legare la Canzone; ma se sono da cantarsi con comico, si piglia alcuna volta il Volgare mediocre, & alcuna volta l'umile; la divisione de i quali nel quarto di quest' opera ci reserviamo a mostrare. Se poi con elegiaco, bisogna, che solamente pigliamo l'umile. Ma lasciamo gli altri da parte, et ora (come è il devere) trattiamo de lo stilo tragico. Appare certamente, che noi usiamo lo stilo tragico, quando e la gravità de le sentenzie, e la superbia de i versi, e la elevazione de le costruzioni, e la eccellenzia de i vocabuli si concordano insieme; ma perchè, (se ben ci ricordiamo) già è provato, che le cose somme sono degne de le somme, e questo stilo, che chiamiamo tragico, pare essere

il

*Sonituum omittentes, quia illum elucidare intendimus in IV. hujus operis, cum de mediocri Vulgari tractabimus. Revisentes ergo ea, quae dicta sunt, recolimus nos eos, qui vulgariter versificantur, plerunque vocasse Poetas, quod procul dubio rationabiliter eructare praesumpsimus, quia prorsus Poetae sunt, si poesim recte consideremus; quae nihil aliud est, quam fictio rethorica, in musicaque posita. Differunt tamen a magnis Poetis, hoc est regularibus; quia magno sermone, & arte regulari poetati sunt: ii vero casu, ut dictum est. Idcirco accidit, ut quantum illos proximius imitemur, tantum rectius poetemur. Unde nos doctrinae aliquid operae nostrae impendentes, doctrinas eorum Poeticas aemulari oportet. Ante omnia ergo dicimus, unumquemque debere materiae pondus propriis humeris excipere aequale, ne forte humerorum nimio gravatam virtutem in coenum cespitare necesse sit. Hoc est, quod magister noster Horatius praecipit, cum in principio Poeticae,*

Sumite materiam,

*dicit. Deinde in iis, quae dicenda occurrunt, debemus discretione potiri, utrum tragice, sive comice, sive elegiace sint canenda. Per Tragoediam, superiorem stilum induimus, per Comoediam inferiorem, per Elegiam stilum intelligimus miserorum. Si tragice canenda videntur, tunc adsumendum est Vulgare Illustre, & per consequens Cantionem ligare. Si vero comice, tunc quandoque mediocre, quandoque humile Vulgare sumatur; & ejus discretionem in quarto hujus reservamus ostendere. Si autem elegiace, solum humile nos oportet sumere; sed obmittamus alios, & nunc ut conveniens est, de stilo tragito pertractemus. Stilo equidem tragico tunc uti videmur, quando cum gravitate sententiae, tam superbia carminum, quam constructionis elatio, & excellentia vocabulorum concordat. Sed quando, si bene recolimus, summa summis esse digna, jam fuit probatum, & iste quem tragicum appellamus, summus videtur esse*

stilo.

il sommo de i stili, però quelle cose che avemo già distinte, doversi sommamente cantare, sono da essere in questo solo stilo cantate; cioè la Salute, lo Amore, e la Virtù, e quelle altre cose, che per cagion di esse sono ne la mente nostra concepute, pur che per niun accidente non siano fatte vili. Guardisi adunque ciascuno, e discerna quello, che dicemo; e quando vuole queste tre cose puramente canare, overo quelle che ad esse tre drittamente, e puramente segueno, prima bevendo nel fonte di Elicona, ponga sicuramente a l'accordata Lira il sommo plettro, e costumatamente cominci; ma a fare questa Canzone, e questa divisione, come si dee, quì è la difficultà, quì è la fatica; perciò che mai senza acume d'ingegno, nè senza assiduità d'arte, nè senza abito di scienze non si potrà fare. E questi sono quelli che 'l Poeta nel VI. de la Eneide chiama diletti da Dio, e da la ardente virtù alzati al Cielo, e figliuoli de li Dei, avegna che figuratamente parli. E però si confessa la sciocchezza di coloro, i quali senza arte, e senza scienzia, confidandosi solamente del loro ingegno, si pongono a cantar sommamente le cose somme. Adunque cessino questi tali da tanta loro presunzione, e se per la loro naturale desidia sono Oche, non vogliano l'Aquila, che altamente vola, imitare.

*De la qualità de i versi de le Canzoni.* Cap. V.

A Noi pare di aver detto de la gravità de le sentenzie a bastanza, o almeno tutto quello, che a l'opera nostra si richiede; il perchè si affretteremo di andare a la superbia de i versi. Circa i quali è da sapere, che i nostri precessori hanno ne le loro Canzoni usato varie sorti di versi, il che fanno parimente i moderni; ma in fin quì niuno verso ritroviamo, che abbia la undecima sillaba trapassato, nè sotto la terza discesо. Et avvegna che i Poeti Italiani abbiano usato tutte le sorti di versi, che sono da tre sillabe fino a undeci, nondimeno il verso di cinque sillabe, e quello di sette, e quello di undeci sono in uso più frequente; e dopo loro si usa il trisillabo più degli altri; de gli quali tutti quello di undeci sillabe pare essere il superiore sì di occupazione di tempo, come di capacità di sentenzie, di construzioni, e

di

*stilorum, illa quae summe canenda distinximus, isto solo sunt stilo canenda, videlicet, Salus, Amor & Virtus, & quae propter ea concipimus; dum nullo accidente vilescant. Caveat ergo quilibet, & discernat ea, quae dicimus, & quando tria haec pure cantare intendit, vel quae ad ea directe, & pure sequuntur, prius Helicone potatus, tensis fidibus adsumat secure plectrum, & cum more incipiat; sed cantionem, atque discretionem hanc, sicut decet, facere, hoc opus, & labor est; quoniam nunquam sine strenuitate ingenii, & artis assiduitate, scientiarumque habitu fieri potest. Et ii sunt, quos Poeta Eneidorum sexto dilectos Dei, & ab ardente virtute sublimatos ad aethera, Deorumque filios vocat, quamquam figurate loquatur: & ideo confiteatur eorum stultitia, qui arte, scientiaque immunes, de solo ingenio confidentes, ad summa summe canenda prorumpunt; & a tanta prosomptuositate desistant; & si anseres naturali desidia sunt, nolint astripetam aquilam imitari.*

## De compositione versuum, & varietate eorum per syllabas.

*De gravitate sententiarum, vel satis dixisse videmur, vel saltim totum, quod operis est nostri. Quapropter ad superbiam carminum festinemus; circa quod sciendum est, quod praedecessores nostri diversis carminibus usi sunt in Cantionibus suis, quod & moderni faciunt: sed nullum adhuc invenimus carmen in syllabicando endecasyllabum transcendisse, nec a trisyllabo descendisse. Et licet trisyllabo carmine, atque endecasyllabo, & omnibus intermediis cantores Latii usi sint, eptasyllabum, & endecasyllabum in usu frequentiori habentur: & post haec trisyllabum ante alia; quorum omnium endecasyllabum videtur esse superbius, tam temporis occupatione, quam ca-*

di vocaboli; la bellezza de le quali cose tutte si multiplica in esso, come manifestamente appare, perciò che ovunque sono multiplicate le cose, che pesano, si multiplica parimente il peso; e questo pare, che tutti i Dottori abbiano conosciuto, avendo le loro illustri Canzoni principiate da esso; come Gerardo di Bornello:

*Ara ausirem encabalitz cantarz.*

Il qual verso avvegna che paja di diece sillabe, è però secondo la verità de la cosa di undeci; perciò che le due ultime consonanti non sono de la sillaba precedente. Et avegna che non abbiano propria vocale, non perdono però la virtù de la sillaba; et il segno è, che ivi la rima si fornisce con una vocale, il che esser non può se non per virtù de l'altra, che ivi si sottintende.

Il Re di Navara:
*Di fin Amour suvent sen è bontè.*

ove se si considera l'accento, e la sua cagione, apparerà essere endecasillabo.

Guido Guinizelli:
*Al cuor gentil repara sempre Amore.*
Il Giudice di Colonna da Messina:
*Amor, che longamente m' hai menato.*
Rinaldo d'Acquino:
*Per fin Amore vo sì lietamente.*
Cino da Pistoja:
*Non spero che giammai per mia salute.*
Lo Amico suo:
*Amor, che muovi tua virtù dal cielo.*

Et avegna che questo verso endecasillabo (come si è detto) sia sopra tutti per il devere celeberrimo, non dimeno se 'l piglierà una certa compagnia de lo eptasillabo, pur che esso però tenga il principato, più chiaramente, e più altamente parerà insuperbirsi; ma questo si rimanga più oltra a dilucidarsi. Dopo questo, quello che chiamiamo pentasillabo, e poi il trisillabo ordiniamo. Ma quel di nove sillabe poscia, per essere il trisillabo triplicato, overo mai non fu in onore, overo per il fastidio è uscito di uso.

*pacitate sententiae, constructionis, & vocabulorum; quorum omnium specimen magis multiplicatur in illo, ut manifeste apparet; nam ubicumque ponderosa multiplicantur, & pondus. Et omnes hoc Doctores perpendisse videntur, Cantiones illustres principantes ab illo, ut Gerardus de Bornello:*

Ara ausirem encabalitz cantarz.

*Quod carmen licet decasyllabum videatur, secundum rei veritatem, endecasyllabum est; nam duae consonantes extremae non sunt de syllaba praecedente. Et licet propriam vocalem non habeant, virtutem syllabae non tamen amittunt. Signum autem est, quod rithmus ibi una vocali perficitur, quod esse non posset, nisi virtute alterius ibi subintellectae.*

*Rex Navariae:*

De fin Amour suvent sen, è bontè:

*Ubi si consideretur accentus, & ejus causa, endecasyllabum esse constabit.*

*Guido Guinizzelli:*

Al cuor gentil repara sempre Amore.

*Judex de Columnis de Messina:*

Amor, che longamente m' hai menato.

*Renaldus de Aquino:*

Per fin Amore vo sì lietamente.

*Cinus Pistoriensis:*

Non spero, che già mai per mia salute.

*Amicus ejus:*

Amor, che muovi tua virtù dal cielo.

*Et licet hoc endecasyllabum celeberrimum carmen, ut dignum est, videatur omnium aliorum, si eptasyllabi aliqualem societatem assumat, dummodo principatum obtineat, clarius magisque sursum superbire videtur; sed hoc ulterius elucidandum remaneat. Et dicimus eptasyllabum sequi illud, quod maximum est in celebritate. Post hoc pentasyllabum, & deinde trisyllabum ordinamus. Enneasyllabum vero, quia triplicatum trisyllabum videbatur,*

uſo. Quelli poi di ſillabe pari, per la ſua rozezza non uſiamo ſe non rare volte; perciò che ritengono la natura de i loro numeri, i quali ſempre ſoggiaceno a i numeri caſſi, sì come fa la materia a la forma. E così raccogliendo le coſe dette, appare lo endecaſillabo eſſere ſuperbiſſimo verſo; e queſto è quello che noi cercavamo. Ora ci reſta di inveſtigare de le conſtruzioni elevate, e de i vocabuli alti, e finalmente preparate le legne, e le funi, inſegneremo a che modo il predetto faſcio, cioè la Canzone, ſi debbia legare.

*De le coſtruzioni, che ſi denno uſare ne le Canzoni*. Cap. VI.

PErchè circà il Volgare Illuſtre la noſtra intenzione ſi dimora, il qual è ſopra tutti nobiliſſimo; però avendo ſcelte le coſe, che ſono degne di cantarſi in eſſo, le quali ſono quelle tre nobiliſſime, che di ſopra avemo provate, et avendo ad eſſe eletto il modo de le Canzoni, sì come ſuperiore a tutti gli altri modi, et acciò che eſſo modo di Canzoni poſſiamo più perfettamente inſegnare, avendo già alcune coſe preparate, cioè lo ſtilo, et i verſi, ora de la conſtruzione diremo. E' adunque da ſapere, che noi chiamiamo conſtruzione una regolata compoſizione di parole, come è, *Ariſtotile diè opera alla Filoſofia nel tempo di Aleſſandro*. Quì ſono diece parole poſte regulatamente inſieme, e fanno una conſtruzione. Ma circa queſta prima è da conſiderare, che de le coſtruzioni altra è congrua, et altra è incongrua. E perchè ) ſe il principio de la noſtra diviſione bene ſi ricordiamo ) noi cerchiamo ſolamente le coſe ſupreme, la incongrua in queſta noſtra inveſtigazione non ha loco; perciò che ella tiene il grado inferiore de la bontà. Avergogninſi adunque, avergogninſi gli idioti di avere da quì innanzi tanta audacia, che vadano a le Canzoni; de i quali non altrimenti ſolemo riderci, di quello che ſi farebbe d'un cieco, il quale diſtingueſſe i colori. E' adunque la coſtruzione congrua quella, che cerchiamo. Ma ci accade un' altra diviſione di non minore difficultà, avanti che parliamo di quella conſtruzione, che cerchia-

*vel nunquam in honore fuit, vel propter fastidium obsoluit: parisyllabos vero propter sui ruditatem non utimur, nisi raro; retinent enim naturam suorum numerorum, qui numeris imparibus, quemadmodum materia formae subsistunt; & sic recolligentes prædicta, endecasyllabum videtur esse superbissimum carmen, & hoc est, quod quaerebamus. Nunc autem restat investigandum de constructionibus elatis, & fastigiosis vocabulis, & demum fustibus, torquibusque paratis, promissum fascem, hoc est* Cantionem, *quomodo ligare quis debeat, instruemus.*

## Quod ex cognitione diversorum Auctorum perficitur scientia poetandi vulgariter.

Q*Uia circa Vulgare Illustre nostra versatur intentio, quod nobilissimum est aliorum, & ea quae digna sunt illo cantari, discrevimus, quae tria nobilissima sunt, ut superius est adstructum; & modum* Cantionarium *scelegimus illis, tanquam aliorum modorum summum: & ut ipsum perfectius edocere possimus, quaedam jam praeparavimus, stilum videlicet, atque carmen; nunc de constructione agamus. Est enim sciendum, quod constructionem vocamus regulatam compaginem dictionum: ut,* Aristotiles philosophatus est tempore Alexandri. *Sunt enim hic quinque dictiones compactae regulariter, & unam faciunt constructionem. Circa quidem hanc prius considerandum est, quod constructionum alia congrua est, alia vero incongrua est; & quia si primordium bene digressionis nostrae recolimus, sola suprema venamur; nullum in nostra venatione locum habet incongrua, quia inferiorem gradum bonitatis promeruit. Pudeat ergo, pudeat idiotas tantum audere deinceps, ut ad* Cantiones *prorumpant: quos non aliter deridemus, quam caecum de coloribus distinguentem. Est ut videtur congrua, quam sectamur: sed non minoris difficultatis accidit discretio, priusquam, quam quaerimus, attingamus, videlicet urbanitate plenissimam. Sunt etenim*

chiamo, cioè di quella, che è pieniſſima di urbanità; e queſta diviſione è, che molti ſono i gradi de le conſtruzioni, cioè lo inſipido, il quale è de le perſone groſſe; come è, *Piero ama molto madonna Berta*. Ecci il ſimplicemente ſaporito, il quale è de i ſcolari rigidi, overo de i maeſtri, come è, *Di tutti i miſeri m' increſce; ma ho maggior pietà di coloro, i quali in eſiglio affliggendoſi, rivedeno ſolamente in ſogno le patrie loro*. Ecci ancora il ſaporito, e venuſto, il quale è di alcuni che così di ſopra via pigliano la Retorica, come è: *La lodevole diſcrezione del Marcheſe da Eſte, e la ſua preparata magnificenzia fa eſſo a tutti eſſere diletto*. Ecci appreſſo il ſaporito, e venuſto, et ancora eccelſo, il quale è de i dettati illuſtri, come è: *Avendo Totila mandato fuori del tuo ſeno grandiſſima parde i fiori, o Fiorenza, tardo in Sicilia, et in darno ſe n' andò*. Queſto grado di conſtruzione chiamiamo eccellentiſſimo, e queſto è quello, che noi cerchiamo, inveſtigando (come ſi è detto, le coſe ſupreme. E di queſto ſolamente le illuſtri Canzoni ſi truovano conteſte.

Come Gerardo:
*Si per mes ſobretes non fes.*
Il Re di Navara:
*Redamon que in mon cor repaire.*
Folcheto di Marſiglia:
*Tan m' abelis l' amoros penſamen.*
Arnaldo Daniello:
*Solvi, che ſai lo ſobraſſan, chen ſorz.*
Amerigo de Belimi:
*Nuls bon non pot complir addretamen.*
Amerigo Peculiano:
*Si com' l' arbres che per ſobrè cercar.*
Guido Guinicelli:
*Tengo di folle impreſa a lo ver dire.*
Guido Cavalcanti:
*Poi che di doglia cuor convien, ch' io porti.*
Cino da Piſtoja:
*Avegna ch' io non aggia più per tempo.*
Lo amico ſuo:
*Amor, che nella mente mi ragiona.*

Non

*gradus constructionum quamplures, videlicet insipidus, qui est rudium:* ut, Petrus amat multum dominam Bertam. *Est pure sapidus, qui est rigidorum scholarium, vel magistrorum: ut,* Piget me cunctis, sed pietatem majorem illorum habeo, quicunque in exilio tabescentes, patriam tantum somniando revisunt. *Est & sapidus, & venustus, qui est quorundam superficie tenus rhetoricam haurientium: ut,* Laudabilis discretio Marchionis Estensis, & sua magnificentia praeparata, cunctis illum facit esse dilectum. *Est & sapidus, & venustus, etiam & excelsus, qui est dictatorum illustrium: ut,* Ejecta maxima parte fiorum de sinu tuo, Florentia, nequicquam Trinacriam Totila serus adivit. *Hunc gradum constructionis excellentissimum nominamus: & hic est quem quaerimus: cum suprema venemur, ut dictum est. Hoc solum illustres Cantiones inveniuntur contextae: ut,*

*Gerardus:*

Si per mes sobretes non fes.

*Rex Navariae:*

Redamon que in mon cor repaire.

*Folquetus de Marsilia:*

Tam m'abellis l'amoros pensamen.

*Harnaldus Daniel:*

Solvi che sai lo sobraffan chen sorz.

*Hamericus de Belimi:*

Nuls bon non pot complir addrectamen.

*Hamericus de Peculiano:*

Si com'l'arbres, che per sobrè carcar.

*Guido Guinizelli:*

Tengo di folle impresa a lo ver dire,

*Guido Cavalcantis:*

Poi che di doglia cuor convien, ch'io porti.

*Cinus de Pistorio:*

Avegna ch' io aggia più per tempo.

*Amicus ejus:*

Amor, che ne la mente mi ragiona.

Non ti maravigliare, Lettore, che io abbia tanti Autori a la memoria ridotti; perciò che non possemo giudicare quella construzione, che noi chiamiamo suprema, se non per simili esempj. E forse utilissima cosa sarebbe per abituar quella, aver veduto i regulati Poeti, cioè Virgilio, la Metamorfosi di Ovidio, Stazio, e Lucano, e quelli ancora che hanno usato altissime prose; come è Tullio, Livio, Plinio, Frontino, Paolo Orosio, e molti altri, i quali la nostra amica solitudine ci invita a vedere. Cessino adunque i seguaci de la ignoranzia, che estolleno Guittone d'Arezo, et alcuni altri, i quali sogliono alcune volte ne i vocaboli, e ne le construzioni essere simili a la plebe.

*De vocabuli che si denno ponere ne le Canzoni.*
Cap. VII.

LA successiva provincia del nostro procedere ricerca, che siano dichiariti quelli vocabuli grandi, che sono degni di stare sotto l'altissimo stilo. Cominciando adunque, affirmiamo non essere piccola difficoltà de lo intelletto a fare la divisione de i vocabuli; perciò che vedemo, che se ne possono di molte maniere trovare. De i vocabuli adunque alcuni sono puerili, altri feminili, et altri virili; e di questi alcuni silvestri, et alcuni cittadineschi chiamiamo, et alcuni pettinati, e lubrici; alcuni irsuti, e rabuffati conosciamo, tra i quali i pettinati e gl'irsuti sono quelli, che chiamiamo grandi, i lubrici poi, e i rabuffati sono quelli, la cui risonanzia è superflua, perciò che sì come ne le grandi opere alcune sono opere di magnanimità, altre di fumo, ne le quali avegna che così di sopra via paja un certo ascendere, a chi però con buona ragione esse considera, non ascendere, ma più tosto ruina per alti precipizj essere giudicherà; conciò sia che la limitata linea de la virtù si trapassi. Guarda adunque, Lettore, quanto per scegliere le egregie parole ti sia bisogno di crivellare; perciò che se tu consideri il Volgare Illustre, il quale i Poeti volgari, che noi vogliamo ammaestrare, denno (come di sopra si è detto) tragicamente usare, averai cura, che solamente i nobilissimi vocaboli nel tuo crivello rimangano; nel numero

*Nec mireris, lector, de tot redactis Auctoribus ad memoriam. Non enim quam suprema vocamus constructionem, nisi per hujusmodi exempla possumus indicare, & fortassis utilissimum foret ad illam habituandam regulatos vidisse Poetas, Virgilium videlicet, Ovidium in Metamorphos, Statium, atque Lucanum, nec non alios qui usi sunt altissimas prosas, ut Tullium, Livium, Plinium, Frontinum, Paulum Orosium, & multos alios, quos amica solitudo nos visitare invitat. Desistant ergo ignorantiae sectatores Guidonem Aretinum, & quosdam alios extollentes, nunquam in vocabulis, atque constructione desuetos plebescere.*

Distinctio vocabulorum, & quae sint ponenda, & quae in metro Vulgari cadere non possunt.

*GRandiosa modo vocabula sub praelato stilo digna consistere, successiva nostrae progressionis provincia lucidari expostulat. Testamur proinde incipientes, non minimum opus esse rationis discretionem vocabulorum habere: quoniam perplures eorum materies inveniri posse videmus, nam vocabulorum quaedam puerilia, quaedam muliebria, quaedam virilia, & horum quaedam silvestria, quaedam urbana, & eorum, quae urbana vocamus, quaedam pexa, & lubrica, quaedam irsuta, & reburra sentimus: inter quae quidem pexa, atque irsuta sunt illa, quae vocamus grandiosa: lubrica vero, & reburra vocamus illa, quae in superfluum sonant: quemadmodum in magnis operibus, quaedam magnanimitatis sunt opera, quaedam fumi; ubi licet in superficie quidam consideretur adscensus, ex quo limitata virtutis linea praevaricatur, bona ratione non adscensus, sed per alta declivia ruina constabit. Intuearis ergo, Lector, quantum ad exaceranda egregia verba te cribrare oportet: nam si Vulgare Illustre consideres, quo tragice debent uti Poetae Vulgares, ut superius dictum est, quos informare intendimus, sola vocabula nobilissima in cri-*

mero de i quali nè i puerili per la loro ſimplicità, come è *Mamma*, e *Babbo*, *Mate*, e *Pate*, per niun modo potrai collocare, nè anco i feminili, come è *dolciada*, e *placevole*, nè i contadineſchi per la loro auſterità, come è *gregia*, e gli altri, nè i cittadineſchi, che ſono lubrici, e rabuffati, come e *femine*, *e corpo*, vi ſi denno porre. Solamente adunque i cittadineſchi pettinati, et irſuti vedrai che ti reſtino, i quali ſono nobiliſſimi, e ſono membra del Volgare Illuſtre. Noi chiamiamo pettinati quelli vocaboli, che ſono triſillabi, overo viciniſſimi al triſillabo, e che ſono ſenza aſpirazione ſenza accento acuto, overo circunfleſſo, ſenza z nè x dupplici, ſenza geminazione di due liquide, e ſenza poſizione, in cui la muta ſia immediatamente poſpoſta, e che fanno colui che parla quaſi con certa ſoavità rimanere, come è *Amore*, *dona*, *virtute*, *donare*, *letizia*, *ſalute*, *ſecuritate*, *diſeſa*. Irſute poi dicemo tutte quelle parole, che oltra queſte ſono o neceſſarie al parlare illuſtre, o ornative di eſſo; e neceſſarie chiamiamo quelle che non poſſemo cambiare; come ſono alcune monoſillabe, cioè *vo*, *me*, *te*, *ſe*, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*; e le interjezioni, et altre molte. Ornative poi dicemo tutte quelle di molte ſillabe, le quali meſcolate con le pettinate fanno una bella armonia ne la ſtruttura, quantunque abbiano aſperità di aſpirazioni, di accento, e di dupplici, e di liquide, e di lunghezza; come è *Terra*, *onore*, *ſperanza*, *gravitate*, *alleviato*, *impoſſibilitate*, *benavventuratiſſimo*, *avventuratiſſimamente*, *diſavventuratiſſimamente*, *ſovramagnificentiſſimamente*, il quale vocabolo è endecaſillabo. Potrebbeſi ancora trovare un vocabolo, overo parola di più ſillabe, ma perchè egli paſſerebbe la capacità di tutti i noſtri verſi, però a la preſente ragione non pare opportuno; come è *onorificabilitudinitate*, il quale in Volgare per dodeci ſillabe ſi compie; et in grammatica per tredeci, in dui obliqui però. In che modo poi le pettinate ſiano da eſſere ne i verſi con queſte irſute armonizate, laſcieremo ad inſegnarſi di ſotto. E queſto che ſi è detto de l'altezza de i vocaboli, ad ogni gentil diſcrezione ſarà baſtante.

Che

*cribro tuo residere curabis. In quorum numero, nec puerilia propter sui simplicitatem, ut* Mamma, *&* Babo, Mate, *&* Pate; *nec muliebria propter sui mollitiem, ut* dolciada, *&* placevole; *nec silvestria, propter austeritatem, ut* gregia, *& caetera; nec urbana lubrica, & reburra, ut* femina, *&* corpo, *ullo modo poteris conlocare. Sola etenim pexa, irsutaque urbana tibi restare videbis, quae nobilissima sunt, & membra Vulgaris Illustris: & pexa vocamus illa, quae trisyllaba, vel vicinissima trisyllabitati sine aspiratione, sine accentu acuto, vel circumflexo, sine* z *vel* x *duplicibus, sine duarum liquidarum geminatione, vel positione immediate post mutam dolatam, quasi loquentem cum quadam suavitate relinquunt, ut* Amore, dona, disio, virtute, donare, letizia, salute, securitate, difesa. *Irsuta quoque dicimus omnia, praeter haec, quae vel necessaria, vel ornativa videntur Vulgaris Illustris. Et necessaria quidem appellamus, quae campsare non possumus, ut quaedam monosyllaba, ut* Si, vo, me, te, se, a, e, i, o, u, *interjectiones, & alia multa. Ornativa vero dicimus omnia pollisyllaba, quae mixta cum pexis pulcram faciunt armoniam compaginis, quamvis asperitatem habeant adspirationis, & accentus, & duplicium, & liquidarum, & prolixitatis, ut* Terra, onore, speranza, gravitate, alleviato, impossibilitate, benavventuratissimo, mammatissimamente, disavventuratissimamente, sovramagnificentissimamente: *quod endecasyllabum est. Posset adhuc inveniri plurium syllabarum vocabulum, sive verbum, sed quia capacitatem nostrorum omnium carminum superexcedit, rationi praesenti non videtur obnoxium, sicut est illud* Onorificabilitudinitate, *quod duodena perficitur syllaba in Vulgari, & Grammatica tredena perficitur in duobus obliquis; quomodo autem pexis irsuta hujusmodi sint armonizanda per metra, inferius instruendum relinquimus, & quae dicta sunt de fastigiositate vocabulorum ingenuae discretioni sufficiant.*

Osten-

## *Che cosa è Canzone*. Cap. VIII.

ORa preparate le legne, e le funi, è tempo da legare il fascio; ma perchè la cognizione di ciascuna opera dee precedere a la operazione, la quale è come segno avanti il trarre de la sagitta, overo del dardo; però prima, e principalmente veggiamo qual sia questo fascio, che volemo legare. Questo fascio adunque (se bene ci ricordiamo tutte le cose trattate) è la Canzone; e però veggiamo, che cosa sia Canzone, e che cosa intendemo quando dicemo Canzone. La Canzone dunque, secondo la vera significazione del suo nome, è essa azione, overo passione del cantare; si come la lezione è la passione, overo azione del leggere; ma dichiariamo quello che si è detto, cioè, se questa si chiama Canzone, in quanto ella sia azione, o in quanto passione del cantare. Circa la qual cosa è da considerare, che la Canzone si può prendere in dui modi, l'uno de li quali modi è secondo che ella è fabbricata dal suo autore; e così è azione; e secondo questo modo Virgilio nel primo dell'Eneida dice:

*Io canto l'arme, e l'uomo.*

L'altro modo è, secondo il quale ella dapoi che è fabbricata si proferisce, o da lo autore, o da chi che sia, o con suono, o senza, e così è passione; e perchè allora da altri è fatta, et ora in altri fa, e così allora azione, et ora passione essere si vede. Ma conciò sia che essa è prima fatta, e poi faccia; però più tosto, anzi al tutto par, che si debbia nominare da quello, che ella è fatta, e da quello che ella è azione di alcuno, che da quello, che ella faccia in altri. Et il segno di questo è, che noi non dicemo mai questa Canzone è di Pietro, perchè esso la proferisca, ma perchè esso l'abbia fatta. Oltre di questo è da vedere, se si dice Canzone la fabbricazione de le parole armonizate, overo essa modulazione, o canto; a che dicemo, che mai il canto non si chiama Canzone, ma o suono, o tono, o nota, o melodia. E niuno trombetta, o organista, o citaredo chiama il canto suo Canzone, se non in quanto sia accompagnato a qualche Can-

Ostendit, quod pluribus modis variatur eloquentia Vulgaris; sed praecipuum est per Cantilenas sive Cantiones.

*PRaeparatis fustibus, torquibusque ad fascem, nunc fasciandi tempus incumbit; sed quia cujuslibet operis cognitio praecedere debet operationem, velut signum ante admissionem sagittae, vel jaculi, primo & principaliter quid sit iste fascis, quem fasciare intendimus, videamus. Fascis igitur iste, si bene comminiscimur omnia praelibata, Cantio est. Quapropter quid sit Cantio, videamus, & quid intelligimus, cum dicimus Cantionem. Est enim Cantio secundum verum nominis significatum ipse canendi actus, vel passio, sicut lectio, passio, vel actus legendi. Sed divaricemus, quod dictum est, utrum videlicet haec sit Cantio, prout est actus, vel prout passio. Circa hoc considerandum est, quod Cantio dupliciter accipi potest; uno modo secundum quod fabricatur ab auctore suo, & sic est actio, & secundum istum modum Virgilius primo Æneidos dicit:*

Arma virumque cano.

Giovanni, reale in verità, tuo Primogenito, e Re, il quale dietro al fine della luce, ch' ora ſi leva, la ſucceſſione del mondo, che ſegue, aſpetta, a noi è un altro Aſcanio, il quale ſeguendo l'orme del gran Padre contra a quelli di Turno, contra i nemici in ogni luogo, come leone, incrudelirà: e verſo i Latini nelli fedeli amici, ſiccome agnello, s'aumiliarà. Guardino avanti gli alti conſigli del ſacratiſſimo Re, cioè a dire, che 'l celeſtiale giudicio per quelle parole di Samuello non ſi rinaſpriſca: quando tu eri piccolo dinanzi alla faccia tua, non foſti tu fatto capo ne' Tribi d' Iſrael, e te il Signore unſe in Re, e miſeti il Signore in via, e diſſe: va, uccidi i peccatori d' Amalech? im-

1 *Dum trepidant*, ec. Tanto queſti tre verſi, che i quattro ſeguenti, ſi trovano in alcuni MSS. dichiarati in volgare, dopo il Teſto Latino. * I verſi non meſſi in volgare, come nel Convivio, mi fanno credere, queſta Piſtola eſſere ſtata ſcritta prima in Latino.

imperciocchè tu ſe' ſagrato in Re, acciocchè tu percuota il popolo d'Amalec, e al popolo d'Agagi non perdoni: e vendica colui, il quale ti mandò della gente beſtiale, e della ſua ſolennitade affrettata: le quali cittadi Amalec, ed Agagi dicono ſanarſi. Tu così vernando, come tardando a Milano dimori, e penſi ſpegnere per lo tagliamento de' capi la velenoſiſſima Idra? Ma ſe tu ti ricordaſſi la magnifiche coſe fatte glorioſamente da Alcide, tu conoſcereſti, che tu ſe' così ingannato, come colui, al quale il peſtilenzioſo animale ripollando con molte teſte per danno creſceva, infino a tanto che quello magnanimo inſtantemente tagliò il capo della vita. In verità egli non vale a diradicare gli alberi il tagliamento de' rami; anzi ancora moltiplicando, eſſendo verdi, riſanno rami, infino a tanto che le radici ſono ſane, acciocch' Elle dieno alimento. Che, [1] o Principe ſolo del mondo, annunzierai tu aver fatto? quando avrai piegato il collo della contumace Cremona, non ſi volgerà la ſubita rabbia, o in Breſcia, o in Pavia? Sì, ſarà certo: la quale altresì, quand' ella ſarà ſtata flagellata, incontanente un' altra rabbia ſi rivolgerà o in Vercelli, o in Bergamo, o altrove: ed infinattanto andrà facendo così, che ſia tolta via la radichevole cagione di queſto pizzicore, e divelta la radice di tanto errore: col tronco i pungenti rami inaridiſcono. Signore, tu eccellentiſſimo Principe de' Principi ſei, e non comprendi nello ſguardo della ſomma altezza, ove la volpicella di queſto puzzo, ſicura da' cacciatori, rigiaccia. In verità non nel corrente Pò, nè nel tuo Tevere queſta frodolente bee; ma l' acqua del fiume d'Arno ancora li ſuoi inganni avvelenano. E forſe tu nol ſai

Fi-

[1] *O Principe ſolo del mondo.* * κόσμου κύριος, dice dello Imperatore Antonino nel titolo della legge Rodia *De jactu*.

Firenze? Questa, crudel morte è chiamata: questa è [1] la vipera volta nel ventre della madre: questa è la pecora inferma, la quale col suo appressamento contamina le gregge del suo Signore: questa è Mirra scelerata, ed empia, la quale s'infiamma nel fuoco degli abbracciamenti del padre: questa è quella Amata impaziente, la quale rifiutato il fatato matrimonio, non temè di prendere quello genero, il quale i fatti negavano; ma furialmente a battaglia il chiamò, ed alla fine malardita, pagando il debito con un laccio, s' impiccò. Veramente con ferità di vipera si sforza di squarciar la madre, infino a tanto ch' ella aguzza le corna del rubellamento contra Roma, la quale la fece di sua immagine, e similitudine. Veramente caccia fuori i viziosi fummi, accendendosi la rabbia: e quivi le pecore vicine, e strane s' infermano, mentrechè allacciando con false lusinghe, e con fingimenti raguna con seco i suoi vicini; e quelli ragunati fa impazzare. Veramente ella sè incende, e arde nelli diletti carnali del padre, mentrechè con malvagia sollecitudine si sforza di corrompere contra a te il consentimento nel Sommo Pontefice, il quale è padre de' padri. Veramente contradia all' ordinamento di Dio, adorando l'idolo della sua propria volontade; infino ch' ella, avendo spregiato il suo Re legittimo, la pazza non si vergogna a pattovire con non suo Re ragioni non sue, per potenzia di malfare. Ma la femmina furiosa attende al laccio, col quale ella si lega; perocchè spesse volte alcuno è messo in malvagio senno, acciocchè in esso vi faccia quelle cose, che non si convengono: le quali opere, avvegnachè sieno ingiuste, le pene d' esse sono conosciute esser degne. Adunque rompi le dimoranze, altra schiatta d' Isaia: prenditi fidanza degli occhi del tuo Signore Dio Sabaoth, dinanzi al

1 *La vipera volta*. al. *la vipera involta*.

al quale tu adopri: e questo Golia colla frombola della tua sapienza, e colla pietra della tua fortezza abbatti; perocchè nella sua caduta l'ombra della tua paura coprirà l'esercito de' Filistei: fuggiranno [1] i Filistei, e sarà libero Israel. Allora l'eredità nostra, la quale sanza intervallo piangiamo esserci tolta, incontanente ci sarà restituita. Siccome noi ora ricordandoci, che noi siamo di Gierusalem santa in esilio in Babilonia, piangiamo; così allora cittadini, e respiranti in pace, ed in allegrezza, le miserie delle confusioni rivolgeremo. Scritto in Toscana sotto la fonte d' Arno adì XVI. del mese d' Aprile MCCCXI. nell' anno primo del Coronamento d' Italia dello splendidissimo ed onoratissimo Arrigo.

1 *Filistei*, al. *Filisteni*.

*Il Fine della Pistola di Dante.*

DAN-

# DANTIS ALIGERII
## FLORENTINI
# MONARCHIA,
## SCRIPTA TEMPORIBUS
## LUDOVICI BAVARI.

---

## LIBER PRIMUS.

*De necessitate Monarchiæ.*

OMnium hominum quos ad amorem veritatis natura superior impressit, hoc maxime interesse videtur, ut quemadmodum de labore antiquorum ditati sunt, ita & ipsi pro posteris laborent, quatenus ab eis posteritas habeat quo ditetur. Longe namque ab officio se esse non dubitet, qui publicis documentis imbutus, ad Rempublicam aliquid adferre non curat; non enim est lignum, quod secus decursus aquarum fructificat in tempore suo: sed potius perniciosa vorago, semper ingurgitans, & nunquam ingurgitata refundans. Hæc igitur sæpe mecum recogitans, ne de infossi talenti culpa quandoque redarguar, publicæ utilitati non modo turgescere, quin imo fructificare desidero, & intentatas ab aliis ostendere veritates. Nam quem fructum ferat ille, qui theorema quoddam Euclidis iterum demonstraret? qui ab ARISTOTELE fœlicitatem ostensam, reostendere conaretur? qui senectutem a CICERONE defensam, resumeret defensandam? Nullum quippe, sed fastidium potius illa superfluitas tædiosa præstaret. Cumque inter alias veritates occultas & utiles, tem-

temporalis Monarchiæ notitia utilissima sit, & maxime latens, & propter non se habere immediate ad lucrum ab omnibus intentata: in proposito est, hanc de suis enucleare latibulis: tum ut utiliter mundo provigilem, tum & ut palmam tanti bravii primus in meam gloriam adipiscar. Arduum quoddam opus & ultra vires aggredior, non tam de propria virtute confidens, quam de lumine largitoris illius qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

Primum igitur videndum est, quid temporalis Monarchia dicatur, typo ut dicam, & secundum intentionem: Est ergo temporalis Monarchia, quam dicunt Imperium unius Principatus, & super omnes in tempore, vel in iis & super iis quæ temporaliter mensurantur. Maxime autem de hac, tria dubitata quæruntur. Primo namque dubitatur & quæritur, an ad bene esse mundi necessaria sit. Secundo, an Romanus populus de jure Monarchæ officium sibi asciverit. Et tertio, an authoritas Monarchæ dependeat a Deo immediate, vel ab alio Dei ministro seu vicario. Verum quia omnis veritas quæ non est principium, ex veritate alicujus principii fit manifesta: necesse est, in qualibet quæstione habere notitiam de principio, in quod analytice recurratur, pro certitudine omnium propositionum quæ inferius assumuntur. Et quia præsens tractatus est inquisitio quædam ante omnia de principio, scrutandum esse videtur, in cujus virtute inferiora consistant. Est ergo sciendum, quod quædam sunt quæ nostræ potestati minime subjacentia, speculari tantummodo possumus, operari autem non: velut Mathemathica, Physica, & Divina. Quædam vero sunt, quæ nostræ potestati subjacentia, non solum speculari, sed & operari possumus: & in iis non operatio propter speculationem, sed hæc propter illam assumitur: quoniam in tali operatione est finis. Cum ergo materia præsens politica sit, imo fons atque principium rectarum politiarum: & omne politi-

cum

eum nostræ potestati subjaceat : manifestum est , quod materia præsens non ad speculationem per prius , sed ad operationem ordinatur . Rursus cum in operabilibus principium & causa omnium sit ultimus finis , movet enim primo agentem : consequens est , ut omnis ratio eorum quæ sunt ad finem , ab ipso fine sumatur. nam alia erit ratio incidendi lignum propter domum construendam, & alia propter navim. Illud igitur, si quid est quod est finis utilis civilitatis humani generis, erit hic principium, per quod omnia quæ inferius probanda sunt, erunt manifesta sufficienter. Esse autem finem hujus civilitatis & illius , & non esse unum omnium finem, arbitrari stultum est.

Nunc autem videndum est, quid sit finis totius humanæ civilitatis : quo viso plusquam dimidium laboris erit transactum , juxta Philosophum ad Nicomachum. Et ad evidentiam ejus quod quæritur , advertendum , quod quemadmodum est finis aliquis ad quem natura producit pollicem , & alius ab hoc ad quem manum totam , & rursus alius ab utroque ad quem brachium, aliusque ab omnibus ad quem totum hominem : sic alius est finis ad quem singularem hominem, alius ad quem ordinat domesticam communitatem , alius ad quem viciniam , & alius ad quem civitatem, & alius ad quem regnum : & denique optimus ad quem utiliter genus humanum, Deus æternus arte sua , quæ natura est in esse producit . Et hic quæritur , tanquam principium inquisitionis directivum. Propter quod sciendum primo, quod Deus & natura nil otiosum facit : sed quicquid prodit in esse , est ad aliquam operationem . Minime enim essentia ulla creata ultimus finis est in intentione creantis, in quantum creans, sed propria essentiæ operatio . Verum est , quod non operatio propria propter essentiam, sed hæc propter illam habet ut sit. Est ergo aliqua propria operatio humanæ universitatis , ad quam ipsa universitas hominum in tanta multitudine

ordi-

ordinatur. Ad quam quidem operationem nec homo unus, nec domus una, nec vicinia, nec una civitas, nec regnum particulare pertingere potest. Quæ autem sit illa, manifestum fiet, si ultimum de potentia totius humanitatis appareat. Dico ergo, quod nulla vis a pluribus specie diversis participata, ultimum est de potentia alicujus illorum. Quia cum illud quod est ultimum tale, sit constitutivum speciei: sequeretur, quod una essentia pluribus speciebus esset specificata, quod est impossibile. Non est ergo vis ultima in homine, ipsum esse simpliciter sumptum: quia & sic sumptum ab elementis participatur: nec esse complexionatum, quia hoc reperitur in animalibus: nec esse animatum, quia sic & in plantis: nec esse apprehensivum, quia sic & a brutis participatur: sed esse apprehensivum per intellectum possibilem, quod quidem esse nulli ab homine alii competit vel supra vel infra. Nam etsi aliæ sunt essentiæ intellectum participantes, non tamen intellectus earum est possibilis ut hominis: quia essentiæ tales species quædam sunt intellectuales, & non aliud: & earum esse nil aliud est, quam intelligere quid est quod sunt quod sine interpolatione aliter sempiternæ non essent. Patet igitur, quod ultimum de potentia ipsius humanitatis, est potentia sive virtus intellectiva. Et quia potentia ista per unum hominem, seu per aliquam particularium communitatum superius distinctarum, tota simul in actum reduci non potest, necesse est multitudinem esse in humano genere, per quam quidem tota potentia hæc actuetur: Sicut necesse est multitudinem rerum generabilium, ut potentia tota materiæ primæ semper sub actu sit: aliter esset dare potentiam separatam: quod est impossibile. Et huic sententiæ concordat Averrois, in Commento super iis quæ de Anima: potentia etiam intellectiva, de qua loquor, non solum est ad formas universales, aut species, sed & per quandam extensionem ad particulares. Unde solet

het dici, quod intellectus ſpeculativus extenſione fit practicus: cujus finis eſt, agere atque facere: quod dico propter agibilia, quæ politica prudentia regulantur: & propter factibilia, quæ regulantur arte, quæ omnia ſpeculationi ancillantur tanquam optimo ad quod humanum genus prima bonitas in eſſe produxit. Ex quo jam innoteſcit illud politice, intellectu ſcilicet vigentes aliis naturaliter principari.

Satis igitur declaratum eſt, quod proprium opus humani generis totaliter accepti, eſt actuare ſemper totam potentiam intellectus poſſibilis per prius ad ſpeculandum, & ſecundario propter hoc ad operandum per ſuam extenſionem. Et quia, quemadmodum eſt in parte, ſic eſt in toto: & in homine particulari contingit, quod ſedendo & quieſcendo prudentia & ſapientia ipſe perficitur: patet, quod genus humanum in quiete ſive tranquillitate pacis ad proprium ſuum opus, quod fere divinum eſt (juxta illud, Minuiſti eum paulo minus ab angelis) liberrime atque facillime ſe habet. Unde manifeſtum eſt, quod pax univerſalis eſt optimum eorum quæ ad noſtram beatitudinem ordinantur. Hinc eſt, quod paſtoribus de ſurſum ſonuit, non divitiæ, non voluptates, non honores, nec longitudo vitæ, non ſanitas, nnn robur, non pulchritudo: ſed pax; inquit enim cœleſtis militia: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Hinc & Pax vobis, ſalus hominum ſalutabat. Decebat enim ſummum Salvatorem, ſummam ſalutationem exprimere. Quem quidem morem ſervare voluerunt diſcipuli ejus, & Paulus in ſalutationibus ſuis, ut omnibus manifeſtum eſſe poteſt. Ex iis ergo quæ declarata ſunt, patet, per quod melius, imo per quod optime genus humanum pertingit ad opus proprium. Et per conſequens viſum eſt propinquiſſimum medium, per quod itur in illud, ad quod velut in ultimum finem omnia opera noſtra ordinantur: quia eſt pax univerſalis, quæ pro

principio rationum subsequentium supponatur, quod erat necessarium, ut dictum fuit, vel ut signum præfixum, in quod quicquid probandum est resolvatur, tanquam in manifestissimam veritatem.

Resumens igitur quod a principio dicebatur, tria maxime dubitantur, & dubitata quæruntur circa Monarchiam temporalem, quæ communiori vocabulo nuncupatur Imperium: & de iis, ut prædictum est, propositum est sub assignato principio inquisitionem facere secundum jam tactum ordinem. Itaque prima quæstio sit, Utrum ad bene esse mundi, Monarchia temporalis necessaria sit. Hoc equidem, nulla vi rationis vel authoritatis obstante, potissimis & patentissimis argumentis ostendi potest: quorum primum ab authoritate Philosophi assumatur de suis Politicis; asserit enim ibi venerabilis ejus authoritas, quod quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum regulare seu regere, alia vero regulari seu regi. Quod quidem non solum gloriosum authoris nomen facit esse credendum, sed ratio ductiva. Si enim consideremus unum hominem, hoc in eo contingere videbimus: quia cum omnes vires ejus ordinantur ad fœlicitatem, vis ipsa intellectualis est regulatrix & rectrix omnium aliarum, aliter ad fœlicitatem pervenire non potest. Si consideremus unam domum, cujus finis est, domesticos ad bene vivendum præparare, unum oportet esse qui regulet & regat, quem dicunt patremfamilias, aut ejus locum tenentem, juxta dicentem Philosophum: Omnis domus regitur a senissimo. Et hujus, ut ait Homerus, est regulare omnes, & leges imponere aliis. Propter quod proverbialiter dicitur illa maledictio, Parem habeas in domo. Si consideremus vicum unum, cujus finis est commoda tam personarum quam rerum auxiliatio, unum oportet esse aliorum regulatorem, vel datum ab alio, vel ex ipsis præeminentem, consentientibus aliis, aliter ad illam mutuam sufficientiam non solum non pertin-

gitur, sed aliquando pluribus præeminere volentibus, vicinia tota destruitur. Si vero unam civitatem, cujus finis est bene sufficienterque vivere, unum oportet esse regnum. Et hoc non solum in recta politia, sed & in obliqua; quod si aliter fiat, non solum finis vitæ civilis amittitur, sed & civitas desinit esse quod erat. Si denique unum regnum particulare, cujus finis est is qui civitatis, cum majori fiducia suæ tranquillitatis: oportet esse Regem unum, qui regat atque gubernet; aliter non modo existentes in regno finem non assequuntur, sed & regnum in interitum labitur, juxta illud infallibilis veritatis: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Si ergo sic se habent in singulis quæ ad unum aliquod ordinantur, verum est quod assumitur supra. Nunc constat, quod totum humanum genus ordinatur ad unum, ut jam præostensum fuit. Ergo unum oportet esse regulans, sive regens: & hoc Monarcha sive Imperator dici debet. Et sic patet, quod ad bene esse mundi, necesse est Monarchiam esse, sive Imperium.

Et sicut se habet pars ad totum, sic ordo partialis ad totalem. Pars ad totum se habet, sicut ad finem & optimum. Ergo & ordo in parte, ad ordinem in toto, sicut ad finem & optimum. Ex quo habetur, quod bonitas ordinis partialis non excedit bonitatem totalis ordinis: sed magis e converso. Cum ergo duplex ordo reperiatur in rebus, ordo scilicet partium inter se, & ordo partium ad aliquod unum quod non est pars: sic ordo partium exercitus inter se, & ordo earum ad ducem. Ordo partium ad unum est melior, tanquam finis alterius, est enim aliter propter hunc, non e converso. Unde si forma hujus ordinis reperitur in partibus humanæ multitudinis, multo magis dicitur reperiri in ipsa multitudine sive totalitate, per vim syllogismi præmissi: cum sit ordo melior, sive forma ordinis. Sed reperitur in omnibus partibus humanæ

multitudinis: ut per ea quæ dicta sunt in Capitulo præcedenti, satis est manifestum; ergo & in ipsa totalitate reperiri debent. Et sic omnes partes prænotatæ infra regna, & ipsa regna ordinari debent ad unum principem, sive principatum: hoc est, ad Monarcham, sive Monarchiam. Amplius, humana universitas est quoddam totum ad quasdam partes; & est quædam pars ad quoddam totum; est enim quoddam totum ad regna particularia, & ad gentes, ut superiora ostendunt; & est quædam pars ad totum universum: & hoc est de se manifestum. Sicut ergo inferiora humanæ universitatis bene respondent ad ipsam, sic ipsa bene dicitur respondere ad suum totum. Partes ejus bene respondent ad ipsam per unum principium tantum, ut ex superioribus colligi potest de facili; ergo & ipsa ad ipsum principium & universum, sive ad ejus principem qui Deus est, & Monarcha, simpliciter bene respondet per unum principium tantum, scilicet unicum principem. Ex quo sequitur, Monarchiam necessariam, mundo ut bene sit.

Et omne illud bene se habet, & optime, quod se habet secundum intentionem primi agentis, qui Deus est. Et hoc est per se notum, nisi apud negantes divinam bonitatem attingere summum perfectionis. De intentione Dei est ut omne creatum divinam similitudinem repræsentet, in quantum propria natura recipere potest. Propter quod dictum est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quod licet ad imaginem de rebus inferioribus ab homine dici non possit, ad similitudinem tamen de qualibet dici potest: cum totum universum nihil aliud sit, quam vestigium quoddam divinæ bonitatis. Ergo humanum genus bene se habet, & optime, quando secundum quod potest Deo assimilatur. Sed genus humanum maxime Deo assimilatur, quando maxime est unum. Vera enim ratio unius in solo illo est, propter quod scriptum est:

Audi

Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. Sed tunc genus humanum maxime est unum, quando totum unitur in uno: quod esse non potest, nisi quando uni principi totaliter subjacens, ut de se patet. Ergo humanum genus uni principi maxime Deo assimilatur: & per consequens, maxime est secundum divinam intentionem, quod est bene & optime se habere: ut in principio hujus Capituli probatum est.

Item bene se habet, & optime, omnis filius, cum vestigia perfecti patris, in quantum propria natura permittit, imitatur. Humanum genus filius est cœli, quod est perfectissimum in omni opere suo. Generat enim homo hominem, & sol: juxta secundum de Naturali auditu. Ergo optime se habet humanum genus, cum vestigia cœli, quantum propria natura permittit, imitatur. Et cum cœlum totum unico motu, scilicet primi mobilis, & unico motore qui Deus est, reguletur in omnibus suis partibus, motibus & motoribus, ut philosophando evidentissime humana ratio deprehendit: si vere syllogiz t m est, humanum genus tunc optime se habet, quando ab unico principe tanquam ab unico motore, & unica lege, tanquam ab unico motu, in suis motoribus & motibus reguletur. Propter quod necessarium apparet ad bene esse Mundi Monarchiam esse, sive unicum principatum, qui Imperium appellatur. Hanc rationem suspirabat Boetius dicens:

*O felix hominum genus,*
*Si vestros animos amor,*
*Quo cœlum regitur, regat.*

Et ubicunque potest esse litigium, ibi debet esse judicium: aliter esset imperfectum, sine proprio perfecto: quod est impossibile; cum Deus & Natura in necessariis non deficiat. Inter omnes duos principes, quorum alter alteri minime subjectus est, potest esse litigium, vel culpa ipsorum, vel subditorum: quod de se patet. Ergo inter tales oportet esse judicium: &

cum alter de altero cognoſcere non poſſit, ex quo alter alteri non ſubditur (nam par in parem non habet imperium) oportet eſſe tertium juriſdictionis amplioris, qui ambitu ſui juris ambobus principetur. Et hic erit Monarcha, aut non. Si ſic, habetur propoſitum: ſi non, iterum habebit ſibi coæqualem extra ambitum ſuæ juriſdictionis. Tunc iterum neceſſarius erit tertius alius; & ſic aut erit proceſſus in infinitum, quod eſſe non poteſt: aut oportebit devenire ad judicem primum & ſummum: de cujus judicio cuncta litigia dirimantur, ſive mediate, ſive immediate; & hic erit Monarcha, ſive Imperator. Eſt igitur Monarchia neceſſaria mundo. Et hanc rationem videbat Philoſophus, cum dicebat, Entia nolunt male diſponi; malum autem, pluralitas principatuum: unus ergo princeps.

Præterea, Mundus optime diſpoſitus eſt, cum juſtitia in eo potiſſima eſt; unde Virgilius commendare volens illud ſeculum, quod ſuo tempore ſurgere videbatur, in ſuis Bucolicis cantabat:

*Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.*

Virgo namque vocabatur Juſtitia, quam & Aſtræam vocabant. Saturnia regna dicebantur optima tempora, quæ & Aurea nuncupabant. Juſtitia potiſſima eſt ſolum ſub Monarcha. Ergo ad optimam mundi diſpoſitionem requiritur, eſſe Monarchiam, ſive Imperium. Ad evidentiam ſubaſſumptæ propoſitionis, ſciendum, quod Juſtitia de ſe & in propria natura conſiderata, eſt quædam rectitudo ſive regula, obliquum hinc inde abjiciens: & ſic non recipit majus & minus, quemadmodum albedo in ſuo abſtracto conſiderata: Sunt enim hujusmodi formæ quædam compoſitioni contingentes & conſiſtentes ſimplici & invariabili eſſentia, ut magiſter ſex principiorum recte ait. Recipiunt tamen magis & minus hujus qualitatis ex parte ſubjectorum, quibus concernuntur, ſecundum quod magis & minus in ſubjectis de contrariis admiſcetur. Ubi ergo minimum de con-

contrario justitiæ admiscetur, & quantum ad habitum, & quantum ad operationem, ibi justitia potissima est. Et vere tunc potest dici de illa, ut Philosophus inquit, neque Hesperus neque Lucifer sic admirabilis est; est enim tunc Phœbæ similis, fratrem diametraliter intuenti, de purpureo matutinæ serenitatis. Quantum ergo ad habitum, justitia contrarietatem habet quandoque in velle; nam ubi voluntas ab omni cupiditate sincera non est, etsi adsit justitia, non tamen omnino inest in fulgore suæ puritatis: habet enim subjectum, licet minime, aliqualiter tamen sibi resistens. Propter quod bene repelluntur, qui judicem passionare conantur. Quantum vero ad operationem, Justitia contrarietatem habet in posse; nam cum justitia sit virtus ad alterum, sive potentia tribuendi cuique quod suum est, quomodo quis operabitur secundum illam? Ex quo patet quod quanto justus potentior, tanto in operatione sua justitia erit amplior. Ex hac itaque declaratione sic arguatur: Justitia potissima est in mundo, quando volentissimo & potentissimo subjecto inest: Hujusmodi solus Monarcha est: Ergo soli Monarchæ insistens justitia, in mundo potissima est. Iste prosyllogismus currit per secundam figuram, cum negatione intrinseca: & est similis huic, Omne b est a, Solum c est a, Ergo solum c est b. Quod est: Omne b est a, Nullum præter c est a, Ergo nullum præter c est b, &c. Prima propositio declaratione præcedente apparet. Alia sic ostenditur, & primum quantum ad velle, deinde quantum ad posse. Ad evidentiam primi notandum, quod justitiæ maxime contrariatur cupiditas, ut innuit Aristot. in quinto ad Nicomachum. Remota cupiditate, omnino nihil justitiæ restat adversum; unde sententia Philosophi est, ut quæ lege determinari possunt, nullo modo judici relinquantur. Et hoc metu cupiditatis fieri oportet, de facili mentes hominum detorquentis. Ubi ergo non est quod possit optari, impossibile est

ibi cupiditatem esse ; destructis enim objectis , passiones esse non possunt . Sed Monarcha non habet quod possit optare : sua namque jurisdictio terminatur Oceano solum ; quod non contingit Principibus aliis, quorum principatus ad alios terminantur : ut puta Regis Castellæ , ad illum qui Regis Aragonum . Ex quo sequitur , quod Monarcha sincerissimum inter mortales justitiæ possit esse subjectum . Præterea , quemadmodum cupiditas habitualem justitiam quodammodo , quantumcunque pauca , obnubilat : sic charitas, seu recta dilectio , illam acuit atque dilucidat . Cum ergo maxime recta dilectio inesse potest , potissimum locum in illo potest habere justitia : Hujusmodi est Monarcha : Ergo eo existente , justitia potissima est , vel esse potest . Quod autem recta dilectio faciat quod dictum est, hinc haberi potest . Cupiditas namque, parseitate hominum spreta , quærit alia : charitas vero, spretis aliis omnibus , quærit Deum & hominem , & per consequens bonum hominis . Cumque inter alia bona hominis potissimum sit, in pace vivere ( ut supra dicebatur ) & hoc operetur maxime atque potissime justitia : charitas maxime iustitiam vigorabit , & potior potius . Et quod Monarchæ maxime hominum recta dilectio inesse debeat , patet sic : Omne diligibile tanto magis diligitur, quanto propinquius est diligenti : Sed homines propinquius Monarchæ sunt , quam aliis principibus : Ergo ab eo maxime diliguntur , vel diligi debent . Prima manifesta est , si natura passivorum & activorum consideretur . Secunda per hoc apparet , quia principibus aliis homines non appropinquant nisi in parte , Monarchæ vero secundum totum ; & rursus , principibus aliis appropinquant per Monarcham , & non e converso ; & sic per prius & immediate Monarchæ inest cura de omnibus , aliis autem principibus per Monarcham , eo quod cura ipsorum a cura illa suprema descendit . Præterea, quanto causa est utilior, tanto magis

gis habet rationem causæ: quia inferior non est causa nisi per superiorem, ut patet ex iis quæ de causis. Et quanto causa magis est causa, tanto magis effectum diligit, cum dilectio talis assequatur causam per se. Cum ergo Monarcha sit utilissima causa inter mortales, ut homines bene vivant, quia Principes alii per illum, ut dictum est: & consequens est, quod bonum hominum ab eo maxime diligatur. Quod autem Monarcha potissime se habeat ad operationem justitiæ, quis dubitat? nisi qui vocem hanc non intelligit, cum si Monarcha est, hostes habere non possit. Satis igitur declarata est subassumpta principalis, quia conclusio certa est: scilicet quod ad optimam mundi dispositionem necesse est Monarchiam esse.

Et humanum genus, potissimum liberum, optime se habet. Hoc erit manifestum, si principium pateat libertatis. Propter quod sciendum, quod principium primum nostræ libertatis, est libertas arbitrii, quam multi habent in ore, in intellectu vero pauci; veniunt namque usque ad hoc, ut dicant liberum arbitrium esse, liberum de voluntate judicium; & verum dicunt, sed importatum per verba longe est ab eis; quemadmodum tota die Logici nostri faciunt de quibusdam propositionibus, quæ ad exemplum logicalibus interseruntur: puta de hac, Triangulus habet tres duobus rectis æquales. Et ideo dico, quod judicium medium est apprehensionis & appetitus. Nam primo res apprehenditur, deinde apprehensa bona aut mala judicatur: & ultimo judicans prosequitur, aut fugit. Si ergo judicium moveat omnino appetitum, & nullo modo præveniatur ab eo, liberum est. Si vero ab appetitu, quocunque modo præveniente, judicium moveatur, liberum esse non potest: quia non a se, sed ab alio captivum trahitur. Et hinc est, quod bruta judicium liberum habere non possunt, quia eorum judicia semper appetitu præveniuntur. Et hinc etiam patere potest, quod sub-

substantiæ intellectuales, quarum sunt immutabiles voluntates, nec non animæ separatæ bene hinc abeuntes, libertatem arbitrii ob immutabilitatem voluntatis non amittunt, sed perfectissime atque potissime hoc retinent. Hoc viso, iterum manifestum esse potest, quod hæc libertas, sive principium hoc totius nostræ libertatis, est maximum donum humanæ naturæ a Deo collatum: quia per ipsum hic fœlicitamur, ut homines: per ipsum alibi fœlicitamur, ut dii. Quod si ita erit, quis erit qui humanum genus optime se habere non dicat, cum potissime hoc principio possit uti? Sed existens sub Monarcha, est potissime liberum. Propter quod sciendum, quod illud est liberum liberum, quod suimet, & non alterius gratia est: ut Philosopho placet, in iis quæ de simpliciter ente: Nam id quod est alterius gratia, necessitatur ab illo cujus gratia, est, sicut via necessitatur a termino. Genus humanum solum imperante Monarcha, sui, & non alterius gratia est. Tunc enim solum Politiæ diriguntur oblique, democratiæ scilicet, oligarchiæ atque tyrannides, quæ in servitutem cogunt genus humanum, ut patet discurrenti per omnes; & politizant Reges, Aristocratici, quos Optimates vocant, & populi libertatis zelatores. Quia cum Monarcha maxime diligat homines, ut jam tactum est, vult omnes homines bonos fieri: quod esse non potest apud oblique politizantes; unde Philosophus in suis Politicis ait, quod in politia obliqua bonus homo est malus civis: in recta vero, bonus homo & civis bonus convertuntur. Et hujusmodi politiæ rectæ libertatem intendunt, scilicet ut homines propter se sint. Non enim cives propter consules, nec gens propter Regem: sed e converso Consules propter cives, Rex propter gentem. Quia quemadmodum non politia ad leges, quinimo leges ad politiam ponuntur: sic secundum legem viventes, non ad legislatorem ordinantur, sed magis ille ad hos: ut & Philosopho placet, in

iis

iis quæ de præsenti materia nobis ab eo relicta sunt. Hinc etiam patet, quod quamvis Consul sive Rex respectu viæ sint domini aliorum, respectu autem termini aliorum ministri sunt: & maxime Monarcha, qui minister omnium procul dubio habendus est. Hinc jam innotescere potest, quod Monarcha necessitatur in fine sibi præfixo, in legibus ponendis. Ergo genus humanum sub Monarcha existens, optime se habet. Ex quo sequitur, quod ad bene esse mundi Monarchiam necesse est esse.

Adhuc, ille qui potest esse optime dispositus ad regendum, optime alios disponere potest. Nam in omni actione principaliter intenditur ab agente, sive necessitate naturæ, sive voluntarie agat, propriam similitudinem explicare; unde fit, quod omne agens in quantum hujusmodi, delectatur. Quia cum omne quod est appetat suum esse, ac in agendo agentis esse quodammodo amplietur, sequitur de necessitate delectatio: quia delectatio rei desideratæ semper adnexa est. Nihil agitur agit, nisi tale existens, quale patiens fieri debet. Propter quod Philosophus, in iis quæ de simpliciter ente: Omne, inquit, quod reducitur de potentia in actum, reducitur per tale existens actu. quod si aliter aliquid agere conetur, frustra conatur. Et hic potest destrui error illorum, qui bona loquendo, & mala operando, credunt alios vita & moribus informare: non advertentes, quod plus persuaserunt manus Jacob, quam verba: licet illæ falsum, illa verum persuaderent. Unde Philosophus ad Nicomachum: De iis enim, inquit, quæ in passionibus & actionibus, sermones minus sunt credibiles operibus. Hinc etiam dicebatur de cœlo peccatori David, Quare tu enarras justitias meas? quasi diceret: Frustra loqueris, cum tu sis alius ab eo quod loqueris. Ex quibus colligitur, quod optime dispositum esse oportet, optime alios disponere volentem. Sed Monarcha solus est ille, qui potest optime esse dispositus

sitUS

situs ad regendum. Quod sic declaratur. Unaquæque res eo facilius & perfectius ad habitum & operationem disponitur, quo minus in ea est de contrarietate ad talem dispositionem; unde facilius & perfectius veniunt ad habitum philosophicæ veritatis, qui nihil unquam audiverunt, quam qui audiverunt per tempora, & falsis opinionibus imbuti sunt. Propter quod bene Galenus inquit, tales duplici tempore indigere ad scientiam acquirendam. Cum ergo Monarcha nullam cupiditatis occasionem habere possit, vel saltem minimam inter mortales, ut superius est ostensum, quod cæteris Principibus non contigit: & cupiditas ipsa sola sit corruptiva judicii, & justitiæ præpeditiva: consequens est, quod ipse vel omnino, vel maxime bene dispositus ad regendum esse potest. Quia inter cæteros judicium & justitiam potissime habere potest. Quæ duo principalissime legislatori & legis executori conveniunt, testante Rege illo sanctissimo, cum convenientia Regi & filio regis postulabat a Deo: Deus, inquit, judicium tuum Regi da, & filio Regis justitiam. Bene igitur dictum est, cum dicitur, in subassumpta, quod Monarcha solus est ille, qui potest esse optime dispositus ad regendum. Ergo Monarcha solus optime alios disponere potest. Ex quo sequitur, quod ad optimam mundi dispositionem Monarchia sit necessaria.

Et quod potest fieri per unum, melius est fieri per unum quam per plura. Quod sic declaratur: Sit unum, per quod aliquod fieri potest, a. Et sint plura, per quæ similiter illud fieri potest, a & b. Si ergo illud idem quod fit per a & b, potest fieri per a tantum, frustra ibi assumitur b; quia ex ipsius assumptione nihil sequitur, cum prius illud idem fiebat per a solum. Et cum omnis talis assumptio sit ociosa sive superflua: & omne superfluum Deo & Naturæ displiceat: & omne quod Deo & Naturæ displicet sit malum, ut manifestum est de se: sequitur, non solum melius esse fie-

ri per unum, si fieri potest, quam fieri per plura. Sed fieri per unum est bonum: per plura simpliciter malum. Prima res dicitur esse melior, per esse propinquior optimæ, & finis habet rationem operati: sed fieri per unum est propinquius fini; ergo est melius. Et quod sit propinquius, patet sic. Sit finis, c fieri per unum a, per plura a & b. Manifestum est, quod longior est via ab a per b in c, quam ab a tantum in c. Sed humanum genus potest regi per unum supremum principem, qui est Monarcha: propter quod advertendum sane, quod cum dicitur, Humanum genus potest regi per unum supremum principem, non sic intelligendum est, ut minima judicia cujuscunque municipii ab illo uno immediate prodire possint; cum & leges municipales quandoque deficiant, & opus habeant directione, ut patet per Philosophum in quinto ad Nicomachum, ἐπιείχειαν commendantem. Habent namque nationes, regna, & civitates, inter se proprietates, quas legibus differentibus regulari oportet. Est enim lex, regula directiva vitæ. Aliter quippe regulari oportet Scythas, qui extra septimum clima viventes, & magnam dierum & noctium inæqualitatem patientes, intolerabili quasi algore frigoris premuntur. Et aliter Garamantes qui sub æquinoctiali habitantes, & coæquatam semper lucem diurnam noctis tenebris habentes, ob æstus aeris nimietatem vestimentis operiri non possunt. Sed sic intelligendum est, ut humanum genus secundum sua communia quæ omnibus competunt, ab eo regatur, & communi regula gubernetur ad pacem. Quam quidem regulam sive legem, particulares principes ab eo recipere debent: tanquam intellectus practicus ad conclusionem operativam recipit majorem propositionem ab intellectu speculativo: & sub illa particularem, quæ proprie sua est, assumit, & particulariter ad operationem concludit. Et hoc non solum possibile est uni, sed necesse est ab uno procedere, ut omnis confusio de principiis utilibus auferatur.

Hoc

Hoc & factum fuisse per ipsum, ipse Moyses in lege conscribit: qui assumptis primatibus de tribubus filiorum Israel eis inferiora judicia relinquebat, superiora & communiora sibi soli reservans: quibus communioribus utebantur primates per tribus suas, secundum quod uni tribui competebat. Ergo melius est humanum genus per unum regi, quam per plura: & sic per Monarcham, qui unicus est princeps. Et sic melius acceptabiliusque est Deo, cum Deus semper velit quod melius est. Et cum duorum tantum inter se idem sit melius, & optimum: consequens est, non solum Deo esse acceptabilibus hoc inter hoc unum & hoc plura; sed acceptabilissimum. Unde sequitur, humanum genus optime se habere cum ab uno regitur. Et sic ad bene esse mundi, necesse est Monarchiam esse.

Item dico, quod ens & unum & bonum, gradatim se habent secundum quintum modum dicendi prius. Ens enim natura producit unum, unum vero bonum. Maxime enim ens, maxime est unum: & maxime unum, maxime bonum. Et quanto aliquid a maximo ente elongatur, tanto & ab esse unum, & per consequens ab esse bonum. Propter quod in omni genere rerum illud est optimum, quod est maxime unum, ut Philosopho placet in iis quæ de simpliciter ente. Unde fit, quod unum esse, videtur esse radix ejus quod est esse bonum: & multa esse, ejus quod est esse malum. Quia Pythagoras in correlationibus suis ex parte boni ponebat unum, ex parte vero mali plura: ut patet in primo eorum, quæ de simpliciter ente. Hinc videri potest quod peccare nihil est aliud quam progredi ab uno spreto ad multa, quod quidem Psalmista bene videbat, dicens: A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt. Constat igitur, quod omne quod est bonum, per hoc est bonum, quod in uno consistit. Et cum concordia, in quantum hujusmodi, sit quoddam bonum: manifestum

ſtum eſt eam conſiſtere in aliquo uno, tanquam in propria radice : quæ quidem radix apparebit, ſi natura vel ratio concordiæ ſumatur . Eſt enim concordia , uniformis motus plurium voluntatum ; in qua quidem ratione apparet , unitatem voluntatum quæ per uniformem motum datur intelligi , concordiæ radicem eſſe, vel ipſam concordiam . Nam ſicut plures glebas diceremus concordes , propter condeſcendere omnes ad medium : & plures flammas propter coaſcendere omnes ad circumferentiam, ſi voluntarie hoc facerent : ita homines plures concordes dicimus , propter ſimul moveri ſecundum velle ad unum , quod eſt formaliter in voluntatibus : ſicut qualitas una formaliter in glebis , ſcilicet gravitas : & una in flammis, ſcilicet levitas. Nam virtus volitiva , potentia quædam eſt : ſed ſpecies boni apprehenſi, forma eſt ejus . Quæ quidem forma quemadmodum & aliæ una in ſe multiplicatur , ſecundum multiplicationem materiæ recipientis , ut anima & numerus , & aliæ formæ compoſitioni contingentes . Iis præmiſſis , propter declarationem aſſumendæ propoſitionis ad propoſitum , ſic arguatur : Omnis concordia dependet ab unitate, quæ eſt in voluntatibus . Genus humanum optime ſe habens eſt quædam concordia : nam ſicut unus homo optime ſe habens, & quantum ad animam, & quantum ad corpus, eſt concordia quædam : & ſimiliter domus, civitas , & regnum : ſic totum genus humanum . Ergo genus humanum optime ſe habens ab unitate quæ eſt in voluntatibus dependet. Sed hoc eſſe non poteſt , niſi ſit voluntas una, domina & regulatrix omnium aliarum in unum : cum mortalium voluntates propter blandas adoleſcentiæ delectationes indigeant directivo , ut in ultimis docet Philoſophus ad Nicomachum . Nec una iſta poteſt eſſe , niſi ſit Princeps unus omnium , cujus voluntas domina & regulatrix aliarum omnium eſſe poſſit . Quod ſi omnes conſequentiæ ſuperiores veræ ſunt, quod ſunt : neceſſe eſt,

ad

ad optime se habere humanum genus, Monarcham esse in mundo: & per consequens, Monarchiam ad bene esse mundi.

Rationibus omnibus supra positis, experientia memorabilis attestatur; status videlicet illius mortalium, quem Dei filius in salutem hominis hominem assumpturus vel expectavit, vel cum voluit ipse disposuit. Nam si a lapsu primorum parentum, quod diverticulum fuit totius nostræ deviationis, dispositiones hominum & tempora recolamus: non inveniemus, nisi sub divo Augusto Monarcha existente, Monarchia perfecta, mundum undique fuisse quietum. Et quod tunc humanum genus fuerit fœlix in pacis universalis tranquillitate, hoc historiographi omnes, hoc poetæ illustres, hoc & scriba mansuetudinis Christi testari dignatus est. Et denique Paulus, plenitudinem temporis statum illum appellavit fœlicissimum. Vere tempus & temporalia quæque plena fuerunt, quia nullum nostræ fœlicitatis mysterium ministro vacavit. Qualiter autem se habuerit orbis, ex quo tunica ista inconsutilis, cupiditatis ungue scissuram primitus passa est, & legere possumus, & utinam non videre. O genus humanum, quantis procellis atque jacturis, quantisque naufragiis agitari te necesse est, dum bellua multorum capitum factum, in diversa conaris, intellectu ægrotas utroque, similiter & affectu. Rationibus irrefragabilibus intellectum superiorem non curas: nec experientiæ vultu inferiorem; sed nec affectum dulcedine divinæ suasionis, cum per tubam sancti Spiritus tibi effletur: Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum,

LI.

# LIBER SECUNDUS.

*Quomodo Romanus populus de jure sibi asciverit Officium Monarchiæ, sive Imperii.*

QUare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum: adversus Dominum, & adversus Christum ejus? Disrumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum. Sicut ad faciem causæ non pertingentes, novum effectum communiter admiramur: sic, cum causam cognoscimus, eos qui sunt in admiratione restantes, quadam derisione despicimus. Admirabar siquidem aliquando, Romanum populum in orbe terrarum sine ulla resistentia fuisse præfectum: cum tantum superficialiter intuens illum, nullo jure, sed armorum tantummodo violentia obtinuisse arbitrabar. Sed postquam medullitus oculos mentis infixi, & per efficacissima signa divinam providentiam hoc effecisse cognovi: admiratione cedente, derisiva quædam supervenit despectio. Cum gentes noverim contra Romani populi præeminentiam fremuisse: cum videam populos vana meditantes, ut ipse solebam: cum insuper doleam reges & principes in hoc unico concordantes, ut adversentur Domino suo, & uncto suo Romano Principi. Propter quod derisive, non sine dolore quodam cum illo clamare possum, pro populo glorioso, pro Cæsare, qui pro principe cœli clamabat: Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Verum quia naturalis amor diuturnam esse derisionem non patitur, sed ut sol æstivus, qui disjectis nebulis matutinis, oriens luculenter irradiat, derisione omissa, lucem correctionis effundere mavult, ad disrumpendum vincula ignorantiæ

Regum atque Principum talium: ad ostendendum genus humanum liberum a jugo ipsorum: cum Propheta sanctissimo meme subsequentem hortabor, subsequentia subassumens: Disrumpamus videlicet vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum. Hæc equidem duo fient sufficienter, si secundam partem præsentis propositi prosequutus fuero, & instantis quæstionis veritatem ostendero. Nam per hoc quod Romanum imperium de jure fuisse monstrabitur, non solum ab oculis Principum, qui gubernacula publica sibi usurpant, hoc ipsum de Romano populo mendaciter existimantes, ignorantiæ nebula eluetur: sed mortales omnes esse se liberos a jugo sic usurpantium recognoscent. Veritas autem quæstionis patere potest non solum lumine rationis humanæ, sed & radio divinæ authoritatis. Quæ duo cum simul ad unum concurrunt, cœlum & terram simul assentire necesse est. Igitur fiduciæ prænotatæ innixus, & testimonio rationis & authoritatis fretus, ad secundam quæstionem dirimendam ingredior.

Postquam sufficienter, secundum quod materia patitur, de veritate primæ dubitationis inquisitum est: instat nunc de veritate secundæ inquirere: hoc est, utrum Romanus populus de jure sibi asciverit Imperii dignitatem. Cujus quidem quæstionis principium est, videre quæ sit illa veritas, in quam rationes inquisitionis præsentis, velut in principium proprium reducantur. Sciendum est igitur, quod quemadmodum ars in triplici gradu invenitur, in mente scilicet artificis, in organo, & in materia formata per artem: sic & naturam in triplici gradu possumus intueri. Est enim natura in mente primi motoris, qui Deus est: deinde in cœlo, tanquam in organo: quo mediante similitudo bonitatis æternæ in fluitantem materiam explicatur. Et quamadmodum perfecto existente artifice, atque optime organo se habente, si contingat peccatum in forma artis, materiæ tantum imputandum est: sic, cum Deus ultimum

per-

perfectionis attingat, & instrumentum ejus (quod cœlum est) nullum debitæ perfectionis patiatur defectum, ut ex iis patet quæ de cœlo philosophamur: restat, quod quicquid in rebus inferioribus est peccatum, ex parte materiæ subjacentis peccatum sit, & præter intentionem Dei & cœli: & quod quicquid est in rebus inferioribus bonum, cum ab ipsa materia esse non possit, sola potentia existente per prius ab artifice Deo sit, & secundario a cœlo, quod organum est artis divinæ quam Naturam communiter appellant. Ex iis jam liquet, quod jus cum sit bonum, proprius in mente Dei est: & cum omne quod in mente Dei est, sit Deus (juxta illud: quod factum est, in ipso vita erat) & Deus maxime seipsum velit: sequitur, quod jus a Deo, prout in eo est, sit volitum. Et cum voluntas & volitum in Deo sit idem, sequitur ulterius, quod divina voluntas sit ipsum jus. Et iterum ex hoc sequitur, quod jus in rebus nihil est aliud quam similitudo divinæ voluntatis. Unde fit, quod quicquid divinæ voluntati non consonat, ipsum jus esse non possit: & quicquid divinæ voluntati est consonum, jus ipsum sit. Quapropter quærere utrum de jure factum sit aliquid, licet alia verba sint, nihil tamen aliud quæritur, quam, utrum factum sit secundum quod Deus vult. Hoc ergo supponatur, quod illlud quod Deus in hominum societate vult, illud pro vero atque sincero jure habendum sit. Præterea meminisse oportet, quod ut Philosophus docet in primis ad Nicomachum, non similiter in omni materia certitudo quærenda est, sed secundum quod natura rei subjectæ recipit: Propter quod sufficienter argumenta sub invento principio procedent, si ex manifestis signis atque sapientum auctoritatibus jus illius populi gloriosi quæratur. Voluntas quidem Dei per se invisibilis est: & invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Nam occulto existente sigillo, cera impressa de illo quamvis occulto tradit notitiam manifestam.

Nec mirum, si divina voluntas per signa quærenda est, cum & humana extra volentem non aliter quam per signa cernatur.

Dico igitur, ad quæstionem, quod Romanus populus de jure, non usurpando Monarchæ officium, quod Imperium dicitur, sibi super omnes mortales ascivit. Quod quidem primo sic probatur. Nobilissimo populo convenit, omnibus aliis præferri. Romanus populus fuit nobilissimus; ergo convenit ei, aliis omnibus præferri. Assumpta ratione probatur. Nam cum honor sit præmium virtutis, & omnis prælatio sit honor, omnis prælatio virtutis est præmium. Sed constat, quod merito virtutis nobilitantur homines: virtutis videlicet propriæ vel majorum. Est enim nobilitas, virtus, & divitiæ antiquæ, juxta Philosophum in Politicis. Et juxta Juvenalem:

—— *Nobilitas sola est atque unica virtus.*

Quæ duæ sententiæ ad duas nobilitates dantur: ad propriam scilicet, & majorum. Ergo nobilibus, ratione causæ præmium prælationis conveniens est. Et cum præmia meritis sint mensuranda, juxta illud Evangelicum, Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis; maxime nobili, maxime præesse convenit. Subassumptam vero, veterum testimonia suadent. Nam divinus poeta noster Virgilius, per totam Æneidem, gloriosum regem Æneam, patrem Romani populi fuisse testatur, in memoriam sempiternam; quod Titus Livius, gestorum Romanorum scriba egregius, in prima parte sui voluminis, quæ a capta Troja sumit exordium, contestatur. Qui quidem mitissimus atque piissimus pater, quantæ nobilitatis fuerit, non solum sua considerata virtute, sed & progenitorum suorum, atque uxorum, quorum utrorumque nobilitas hæreditario jure in ipsum confluxit, explicare nequirem: sed summa sequar vestigia rerum. Quantum ergo ad propriam ejus nobilitatem, audiendus est Poeta noster, introducens

ducens in primo Ilioneum orantem sic :

*Rex erat Æneas nobis, quo juſtior alter*
*Nec pietate fuit, nec bello major & armis.*

Audiendus eſt idem in ſexto, qui cum de Miſeno mortuo loqueretur, qui fuerat Hectoris miniſter in bello : & poſt mortem Hectoris, Æneæ miniſtrum ſe dederat ; dicit ipſum Miſenum non inferiora ſequutum : comparationem faciens de Ænea ad Hectorem ; quem præ omnibus Homerus glorificat, ut refert Philoſophus in iis quæ de moribus fugiendis, ad Nicomachum. Quantum vero ad hæreditariam ; quælibet pars tripartiti orbis tam avis quam conjugibus illum nobilitaſſe invenitur ; nam Aſia propinquioribus avis, ut Aſſaraco ; & aliis qui in Phrygia regnaverunt, Aſiæ regione. Unde Poeta noſter in tertio :

*Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem*
*Immeritam viſum Superis.*

Europa vero antiquiſſimo, ſcilicet Dardano : Africa quoque avia vetuſtiſſima, Electra ſcilicet, nata magni nominis regis Atlantis ; ut de ambobus teſtimonium reddit Poeta noſter in octavo, ubi Æneas ad Evandrum ſic ait :

*Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & author:*
*Electra, ut Graii perhibent, Atlantide cretus &c.*

Quod autem Dardanus ab Europa originem duxerit, noſter vates in tertio cantat, dicens :

*Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt,*
*Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ,*
*OEnotrii coluere viri : nunc fama, minores*
*Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.*
*Hæ nobis propriæ ſedes ; hinc Dardanus ortus.*

Quod vero Atlas de Africa fuerit, mons in illa ſuo nomine dictus eſt teſtis, quem eſſe in Africa dicit Oroſius, in ſua mundi deſcriptione ; ſic : Ultimus autem finis ejus eſt mons Atlas, & Inſulæ quas fortunatas vocant. Ejus, id eſt Africæ : quia de ipſa loquebatur.

Similiter & conjugio nobilitatum fuisse reperio. Prima namque conjunx Creusa, Priami regis filia, de Asia fuit: ut superius haberi potest per ea quæ dicta sunt. Et quod fuerit conjunx, testimonium perhibet noster Poeta in tertio, ubi Andromache de Ascanio filio Æneam genitorem interrogat sic:

*Quid puer Ascanius, superatne, & vescitur aura?*
*Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa?*

Secunda, Dido fuit, regina & mater Carthaginensium in Africa. Et quod fuerit conjunx, idem noster vaticinatur in quarto; inquit enim de Didone:

*Nec jam furtivum Dido meditatur amorem,*
*Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

Tertia, Lavinia fuit, Albanorum Romanorumque mater, regis Latini filia pariter & hæres: si verum est testimonium nostri Poetæ in ultimo, ubi Turnum victum introducit, orantem suppliciter ad Æneam sic:

*—— Vicisti: & victum tendere palmas*
*Ausonii videre: tua est Lavinia conjunx.*

Quæ ultima uxor de Italia fuit, Europæ regione nobilissima. Iis itaque ad evidentiam subassumptæ prænotatis, cui non satis persuasum est, Romani populi patrem, & per consequens ipsum populum, nobilissimum fuisse sub cœlo? Aut quem in illo duplici concursu sanguinis a qualibet mundi parte in unum virum, prædestinatio divina latebit?

Illud quoque, quod ad sui perfectionem, miraculorum suffragio iuvatur, est a Deo volitum: & per consequens, de jure fit; & quod ista sit vera, patet. Quia sicut dicit Thomas in tertio suo Contra gentiles: Miraculum est, quod præter ordinem in rebus communiter institutum divinitus fit. Unde ipse probat, soli Deo competere, miracula operari, quod auctoritate Moysi roboratur, ubi cum ventum est ad cyniphes, magi Pharaonis naturalibus principiis artificiose utentes, & ibi deficientes, dixerunt: Digitus Dei est hic. Si

ergo

ergo miraculum est immediata operatio primi, absque cooperatione secundorum agentium ut ipse Thomas in præallegato libro probat sufficienter, cum in favorem alicujus portenditur: nefas est dicere, illud cui sic favetur, non esse a Deo, tanquam beneplacitum sibi provisum, quare suum contradictorium concedère visum est. Romanum imperium ad sui perfectionem, miraculorum suffragio est adjutum: ergo a Deo volitum: & per consequens, de jure fit & est. Quod autem pro Romano Imperio perficiendo miracula Deus portenderit, illustrium authorum testimoniis comprobatur. Nam sub Numa Pompilio, secundo Romanorum rege ritu gentilium sacrificante, ancile de cœlo in urbem a Deo electam delapsum fuisse, Liv. in prima parte testatur; cujus miraculi Lucanus in nono Pharsaliæ meminit; incredibilem vim austri, quam Libya patitur, ibi describens; ait enim sic:

*—— Sic illa profecto*
*Sacrifico cecidere Numæ, quæ lecta juventus*
*Patricia cervice movet, spoliaverat auster,*
*Aut boreas populos ancilia nostra ferentes.*

Cumque Galli, reliqua urbe jam capta, noctis tenebris confisi, Capitolium furtim subirent, quod solum restabat ad ultimum interitum Romani nominis: anserem, ibi non ante visum, cecinisse, Gallos adesse, atque custodes ad defensandum Capitolium excitasse Livius & multi scriptores illustres concorditer contestantur; cujus rei memor fuit Poeta noster, cum clypeum Æneæ describeret in octavo; canit enim sic:

*In summo custos Tarpejæ Manlius arcis*
*Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat,*
*Romuleoque recens horrebat regia culmo.*
*Atque hic auratis volitans argenteus anser*
*Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.*

At cum Romana nobilitas premente Annibale sic caderet, ut ad finalem Romanæ rei deletionem non re-

ſtaret niſi Pœnorum inſultus, ad urbem ſubita & intolerabili grandine proturbante, victores victoriam ſequi non potuiſſe, Livius in bello Punico inter alia geſta conſcribit. Nonne tranſitus Clœliæ mirabilis fuit? cum mulier & captiva in obſidione Porſennæ, abruptis vinculis, miro Dei adjuta auxilio, transnatavit Tiberim: ſicut omnes fere ſcribæ Romanæ rei ad gloriam ipſius commemorant. Sic illum prorſus operari decebat, qui cuncta ſub ordinis pulchritudine ab æterno providit, ut qui viſibilis erat miracula pro inviſibilibus oſtenſurus, idem inviſibilis pro viſibilibus illa oſtenderet.

Quicunque præterea bonum Reipublicæ intendit, finem juris intendit; quodque ita ſequatur, ſic oſtenditur. Ius eſt realis & perſonalis hominis ad hominem proportio: quæ ſervata hominum ſervat ſocietatem, & corrupta corrumpit. Nam illa Digeſtorum deſcriptio, non dicit quod quid eſt juris: ſed deſcribit illud per notitiam utendi illo. Si ergo definitio iſta bene quid eſt & quare comprehendit & cujuslibet ſocietatis finis eſt commune ſociorum bonum: neceſſe eſt, finem cujuſque juris bonum commune eſſe: & impoſſibile eſt jus eſſe, bonum commune non intendens. Propter quod bene Tullius in prima Rhetorica: Semper, inquit, ad utilitatem Reipublicæ leges interpretandæ ſunt. Quod ſi ad utilitatem eorum qui ſub lege, leges directæ non ſunt: leges nomine ſolo ſunt, re autem leges eſſe non poſſunt. Leges enim oportet homines devincire ad invicem propter communem utilitatem. Propter quod bene Seneca de lege, cum in lib. de quatuor virtutibus, legem vinculum dicit humanæ ſocietatis. Patet igitur, quod quicunque bonum Reipublicæ intendit, finem juris intendit. Si ergo Romani bonum Reipublicæ intenderunt: verum erit dicere, finem juris intendiſſe: Quod autem Romanus populus bonum præfatum intenderit, ſubjiciendo ſibi orbem terrarum, geſta ſua declarant: in quibus omni cupiditate remota, quæ Reipublicæ ſemper

per aversa est: & universali pace cum libertate dilecta, populus ille sanctus, pius & gloriosus, propria commoda neglexisse videtur, ut publica pro salute humani generis procuraret. Unde recte illud scriptum est; Romanum Imperium de fonte nascitur pietatis. Sed quia de intentione omnium ex electione agentium, nihil manifestum est extra intendentem: nisi per signa exteriora: & sermones inquirendi sunt secundum subjectam materiam, ut jam dictum est: satis in hoc loco habebimus, si de intentione populi Romani signa indubitabilia tam in collegiis quam in singularibus personis ostendantur. De collegiis quidem, quibus homines ad rempublicam quodam religati esse jure debent, sufficit illa sola Ciceronis auctoritas in secundo de officiis: Quamdiu, inquit, Imperium reipublicæ beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut pro sociis aut de Imperio gerebantur: exitus erant bellorum aut mites, aut necessarii: Regum, populorum, & nationum portus erat & refugium. Senatus autem nostri, & magistratus, Imperatoresque in ea re maxime laudem capere studuerunt, si provincias, si socios, æquitate & fide defendissent; itaque illud patrocinium orbis terrarum potius quam Imperium poterat nominari. Hæc Cicero. De personis autem singularibus compendiose progrediar. Nunquid non bonum commune intendisse dicendi sunt, qui sudore, qui paupertate, qui exilio, qui filiorum orbatione, qui amissione membrorum, qui denique animarum oblatione bonum publicum augere conati sunt? Nonne Cincinnatus ille sanctum nobis reliquit exemplum, libere deponendi dignitatem in termino, cum assumptus ab aratro Dictator factus est? ut Livius refert. Et post victoriam, post triumphum, sceptro Imperatorio restituto Consulibus subadactus post boves ad stivam reversus est. Quippe in ejus laudem Cicero contra Epicurum, in iis quæ de fine bonorum, disceptans, hujus beneficii memor fuit. Itaque, inquit, & majo-

res

res nostri ab ararro duxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset. Nonne Fabricius alterum nobis dedit exemplum avaritiæ resistendi, cum pauper existens, pro fide qua Reipublicæ tenebatur, auri grande pondus oblatum derisit, ac derisum verba sibi convenientia fundens despexit & refutavit? Hujus memoriam confirmavit Poeta noster in sexto, cum caneret:

*—— Parvoque potentem*
*Fabricium.*

Nunquid non præferendi leges propriis commodis, memorabile nobis exemplar Camillus fuit: qui, secundum Livium, damnatus exilio, postquam patriam liberavit obsessam, spolia etiam Romana Romæ restituit, universo populo reclamante, ab urbe sancta discessit: nec ante reversus est, quam sibi repatriandi licentia de auctoritate senatus allata est? & hunc magnanimum Poeta commendat in sexto, cum dicit:

*—— Referentem signa Camillum.*

Nonne filios, an non omnes alios postponendos patriæ libertati, Brutus ille primus edocuit? quem Livius dicit, Consulem existentem proprios filios cum hostibus conspirantes morti dedisse. Cujus gloria renovatur in sexto Poetæ nostri, de ipso canentis:

*—— Natosque pater nova bella moventes*
*Ad pœnam pulcbra pro libertate necavit.*

Quid non audendum pro patria, nobis Mutius persuasit: cum incautum Porsenam invasit: ac deinde manum suam, qua aberrasset, non alio vultu quam si hostem cruciari videret, cremari aspiciebat? Quod & Livius admiratur testificando. Accedunt illæ sacratissimæ victimæ Deciorum, qui pro salute publica devotas animas posuerunt: ut Livius, non quantum est dignum, sed quantum potuit, glorificando narrat. Accedit & illud inenarrabile sacrificium severissimi libertatis tutoris Marci Catonis; quorum alter pro salute patriæ mortis tenebras non horruit: alter, ut mundo libertatis amo-

amores accenderet, quanti libertas esset ostendit, dum e vita liber decedere maluit, quam sine libertate remanere in illa. Horum omnium nomen egregium voce Tullii recalescit, in iis quæ de fine bonorum; inquit enim Tullius hoc de Deciis: Publius Decius, princeps in ea familia Consul, cum se devoveret, ex equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat: num aliquid de voluptatibus suis cogitabat, ubi eam caperet, aut quando? cum sciret confestim esse moriendum, eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putavit. Quod quidem ejus factum nisi esset jure laudatum, non fuisset imitatus quartò consulatu suo filius: neque porro ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens Consul, eo cecidisset in prælio, seque & continenti genere tertiam victimam reipublicæ tribuisset. In iis vero quæ de Officiis, de Catone dicebat: Non enim alia in causa M. Cato fuit, alia cæteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt; atque cæteris forsan vitio datum esset, si se interemissent: propterea quod levior eorum vita, & mores fuerunt faciliores. Catoni vero dum incredibilem natura tribuisset gravitatem, eamque perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum ei potius, quam tyranni vultus aspiciendus fuit.

Declaranda igitur duo sunt: quorum unum est, quod quicunque bonum reipublicæ intendit, finem juris intendit: aliud est, quod Romanus populus subjiciendo sibi orbem, bonum publicum intendit. Nunc arguatur ad propositum sic. Quicunque finem juris intendit, cum jure graditur: Romanus populus subjiciendo sibi orbem, finem juris intendit, ut manifeste per superiora in isto Capitulo est probatum: Ergo Romanus populus subjiciendo sibi orbem, cum jure hoc fecit: & per consequens, de jure sibi adscivit Imperii dignitatem. Quæ conclusio ex omnibus manifestis illata est.

Mani-

Manifestum est autem, quod dicitur: quod quicunque finem juris intendit, cum jure graditur. Ad cujus evidentiam advertendum, quod quælibet res est propter aliquem finem, aliter esset ociosa: quod esse non potest, ut superius dicebatur. Et quemadmodum omnis res est ad proprium finem, sic omnis finis propriam habet rem cujus est finis. Unde impossibile est, aliqua duo per se loquendo, in quantum duo, finem eundem intendere: sequeretur enim idem inconveniens, quod alterum scilicet esset frustra. Cum ergo juris finis quidem sit, ut jam declaratum est: necesse est, fine illo posito, jus poni, cum sit proprius & per se juris effectus. Et cum in omni consequentia impossibile sit habere antecedens absque consequente; ut hominem sine animali, sicut patet construendo & destruendo: Sic impossibile est, juris finem quærere sine jure, cum quælibet res ad proprium finem se habeat velut consequens ad antecedens. Nam impossibile est, bonam valetudinem membrorum attingere sine sanitate. Propter quod evidentissime patet, quod finem juris intendentem, oportet cum jure intendere; ne valet instantia quæ de verbis Philosophi eubuliam pertractantis eliei solet; dicit enim, sed & hoc falso syllogismo: Sortiri, quod quidem oportet sortiri, sortiri oportet: per quod autem, non: sed falsum medium terminum esse. Nam si ex syllogismis verum quodammodo concluditur, hoc est per accidens, in quantum illud verum importatur per voces illationis; per se enim verum nunquam sequitur ex falsis, signa tamen veri bene sequuntur ex signis quæ sunt signa falsi. Sic & in operabilibus; nam licet fur de furto subveniat pauperi, non tamen eleemosyna dicendum est: sed est actio quædam, quæ si de propria substantia fieret, eleemosynæ formam haberet. Similiter est de fine juris: quia si aliud, ut finis ipsius juris, absque jure obtineretur, ita esset juris finis, hoc est bonum commune: sicut exhibitio facta de male acquisi-

quisi-

quisito, est eleemosyna; & sic, cum in propositione dicatur de fine juris existente, non tamen apparente, instantia nulla est. Patet igitur, quod quærebatur.

Et illud quod natura ordinavit, de jure servatur; natura enim in providendo non deficit ab hominis providentia: quia si deficeret, effectus superaret caussam in bonitate: quod est impossibile. Sed nos videmus, quod in collegiis instituendis, non solum ordo collegarum ad invicem consideratur ab instituente, sed & facultas ad officia exercenda: quod est considerare terminum juris in collegio, vel in ordine; non enim jus extenditur ultra posse. Ergo ab hac providentia natura non deficit in suis ordinatis. Propter quod patet, quod natura ordinat res cum respectu suarum facultatum: qui respectus est fundamentum juris in rebus & natura positum. Ex quo sequitur, quod ordo naturalis in rebus absque jure servari non possit, cum inseparabiliter juris fundamentum ordini sit annexum. Necesse est igitur, quod quicquid natura ordinavit, de jure servari debeat. Romanus populus ad imperandum ordinatus fuit a natura; quod sic declaratur. Sicut ille deficeret ab artis perfectione, qui finalem formam tantum intenderet, media vero per quæ ad formam pertingeret, non curaret: sic natura, si solam formam universalem divinæ similitudinis in universo intenderet, media autem negligeret. Sed natura in nulla perfectione deficit, cum sit opus divinæ intelligentiæ; ergo media omnia intendit, per quæ ad ultimum suæ intentionis devenitur. Cum ergo finis humani generis sit, aliquod medium necessarium ad finem naturæ universalem; necesse est, naturam ipsum intendere. Propter quod bene Philosophus, naturam semper agere propter finem, in secundo de naturali auditu probat. Et quia ad hunc finem natura pertingere non potest per unum hominem, cum multæ sint operationes necessariæ ad ipsum, quæ multitudinem requirunt in operantibus: ne-

cesse

cesse est naturam producere hominum multitudinem, ad operationes ordinatorum, ad quod multum conferunt, præter superiorem influentiam, locorum inferiorum & virtutes & proprietates. Propter quod videmus, quod quidam non solum singulares homines, quin etiam populi, apti nati sunt ad principari, quidam ad subjici atque ministrare: ut Philosophus astruit in iis quæ de Politiis, & talibus, ut ipse dicit, non solum regi est expediens, sed & justum, etiamsi ad hoc cogantur. Quæ si ita se habent, non dubium est quin natura locum & gentem dispofuerit in mundo, ad universaliter principandum: aliter sibi defecisset, quod est impossibile. Quis autem fuerit locus, & quæ gens, per dicta superius & inferius satis est manifestum quod fuerit Roma, & cives ejus, sive populus. Quod & poeta noster valde subtiliter in sexto tetigit, introducens Anchisen præmonentem Æneam, Romanorum patrem, sic:

*Excudent alii spirantia mollius æra,*
*Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,*
*Orabunt causas melius, cœlique meatus*
*Describent radio, & surgentia sidera dicent:*
*Tu regere imperio populos Romane memento,*
*Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,*
*Parcere subjectis, & debellare superbos.*

Dispositionem vero loci subtiliter tangit in quarto, cum introducit Jovem ad Mercurium de Ænea loquentem isto modo:

*Non illum nobis genitrix pulcherrima talem*
*Promisit, Grajumque ideo bis vendicat armis:*
*Sed fore qui gravidam imperiis, belloque frementem*
*Italiam regeret.*

Propterea satis persuasum est, quod populus Romanus natura ordinatus fuit ad imperandum. Ergo Romanus populus subjiciendo sibi orbem, de jure ad imperium venit.

Ad bene quoque venandum veritatem quæsiti, scire opor-

oportet, quod divinum judicium in rebus quandoque hominibus est manifestum, quandoque occultum: Et manifestum potest esse dupliciter: ratione scilicet, & fide. Nam quædam judicia Dei sunt, ad quæ humana ratio propriis pedibus pertingere potest. Sicut ad hoc, quod homo salute patriæ seipsum exponat. Nam si pars debet se exponere pro salute totius, cum homo sit pars quædam civitatis, ut ait Philosophus in suis Politiis: homo pro patria debet exponere seipsum, tanquam minus bonum pro meliori. Unde Philosophus ad Nicomachum, Amabile quidem esse, & uni soli melius, sed divinius genti & civitati. Et hoc judicium Dei est cognoscibile: aliter humana ratio in sua rectitudine non sequeretur naturæ intentionem, quod est impossibile. Quædam autem sunt Dei judicia, ad quæ humana ratio, etsi ex propriis pertingere nequit, elevatur tamen ad illa cum adjutorio fidei eorum quæ in sacris literis nobis dicta sunt. Sicut ad hoc, quod nemo, quantumcunque moralibus & intellectualibus virtutibus, & secundum habitum & secundum operationem perfectus, absque fide salvari potest: dato, quod nunquam aliquid de Christo audiverit; nam hoc ratio humana per se justum intueri non potest, fide tamen adjuta potest. Scriptum est enim ad Hebræos: Impossibile est sine fide placere Deo. Et in Levitico: homo quilibet de domo Israel, qui occiderit bovem, aut ovem, aut capram, in castris vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit. Ostium tabernaculi Christum figurat, qui est ostium conclavis æterni, ut ex Evangelio elici potest: occisio animalium, operationes humanas. Occultum vero est judicium Dei ab humana ratione, quæ nec lege naturæ, nec lege scripta ad eum pertingit: sed de gratia speciali quandoque pertingit, quod fit pluribus modis, quandoque simplici revelatione: quandoque revelatione, disceptatione quadam mediante. Simplici revelatio-

ne dupliciter: aut sponte Dei, aut oratione impetrante. Sponte Dei dupliciter: aut expresse, aut per signum. Expresse, sicut revelatum fuit judicium Samueli contra Saulem. Per signum, sicut Pharaoni revelatum fuit per signum, quod Deus indicaverat de liberatione filiorum Israel. Oratione impetrante, quod sciebant, qui dicebant: Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut ad te oculos dirigamus. Disceptatione vero mediante dupliciter: aut sorte, aut certamine. Certare enim, ab eo quod est certum facere, dictum est. Sorte siquidem quandoque Dei judicium revelatur hominibus: ut patet in substitutione Matthiæ in Actibus Apostolorum. Certamine vero dupliciter Dei judicium aperitur: vel ex collisione virium, sicut fit per duellum pugillum, qui duelliones etiam vocantur: vel ex contentione plurium ad aliquod signum prævalere conantium, sicut fit per pugnam athletarum currentium ad bravium. Primus istorum modorum apud gentiles figuratus fuit in illo duello Herculis & Antei, cujus Lucanus meminit in quarto Pharsaliæ, & Ovidius in nono de rerum transmutatione. Secundus figuratur apud eosdem in Atalanta & Hippomene, in decimo ejusdem. Similiter & latere non debet, quoniam in his duobus decertandi generibus ita se habet res, ut in altero sine injuria decertantes impedire se possint, puta duelliones: in altero autem non; non enim athletæ impedimento in alterutrum uti debent, quamvis Poeta noster aliter sentire videatur in quinto, cum fecit remunerari Euryalum. Propter quod melius Tullius in tertio de Officiis hoc prohibuit, sententiam Chrysippi sequens; ait enim sic: Scite Chrysippus, ut multa: Qui studium (inquit) currit, eniti & contendere debet, quam maxime possit, ut vincat: supplantare autem eum qui cum certet, nullo modo debet. Iis itaque in Capitulo hoc distinctis, duas rationes efficaces ad propositum accipere

possu-

possumus: scilicet a disceptatione athletarum unam, & a disceptatione pugilum alteram, quas quidem prosequar in sequentibus & immediatis Capitulis.

Ille igitur populus, qui cunctis athletizantibus pro imperio mundi prævaluit, de divino judicio prævaluit. Nam cum diremptio universalis litigii magis Deo sit curæ, quam diremptio particularis: & in particularibus litigiis quibusdam per athletas divinum judicium postulatur, juxta jam tritum proverbium: Cui Deus concedit, benedicat & Petrus: nullum dubium est, quin prævalentia in athletis pro Imperio mundi certantibus, Dei judicium sit sequuta. Romanus populus, cunctis athletizantibus pro Imperio mundi, prævaluit. Quod erit manifestum, si considerantur athletæ. Si consideretur & bravium sive meta, bravium sive meta fuit, omnibus præesse mortalibus: hoc enim imperium dicimus. Sed hoc nulli contigit nisi Romano populo. Hic non modo primus, quin & solus, qui attigit metam certaminis, ut statim patebit. Primus namque inter mortales, qui ad hoc bravium anhelavit, Ninus fuit, Assyriorum rex: qui quamvis cum consorte thori Semiramide, per nonaginta annos, & plures (ut Orosius refert) Imperium mundi armis tentaverit, & totam Asiam sibi subegerit: non tamen occidentales mundi partes eis unquam subjectæ fuerunt. Horum amborum Ovidius memoriam fecit in quarto, ubi dicit in Pyramo:

*Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.*

& infra:

*Conveniant ad busta Nini, lateantque sub umbra.*

Secundus, Vesoges rex Ægypti, ad hoc bravium spiravit. Et quamvis Meridiem atque Septentrionem in Asia exagitaverit, ut Orosius memorat, nunquam tamen dimidiam partem orbis obtinuit: quinimo a Scythis ab incœpto suo temerario est aversus. Deinde Cyrus Persarum rex tentavit hoc, qui Babylone destru-

cta, imperioque Babylonis ad Persas translato, nec quidem adhuc partes Occidentales expertus, sub Tomiride regina Scytharum vitam simul cum intentione deposuit. Post hos vero Xerxes Darii filius, & rex in Persis, cum tanta gentium multitudine mundum invasit, cum tanta potentia, ut transitum maris, Asiam ab Europa dirimentis, inter Seston & Abydum, ponte superaverit. Cujus operis admirabilis Lucanus in secundo Pharsaliæ meminit. Canit enim sic:

*Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem*
*Construxisse vias.*

& tandem miserabiliter ab incœpto repulsus, ad bravium pervenire non potuit. Præter istos, & post Alexander rex Macedo maxime omnium ad palmam Monarchiæ propinquans, dum per Legatos ad deditionem Romanos præmonet, apud Ægyptum ante Romanorum rationem, ut Livius narrat, in medio quasi cursu collapsus est. De cujus etiam sepultura ibidem existente, Lucanus in octavo, invehens in Ptolemæum regem Ægypti, testimonium reddit dicens:

*Ultima Lagææ stirpis perituraque proles*
*Degener, incestæ sceptris cessure sororis,*
*Cum tibi sacrato Macedo servetur in antro.*

O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quis hic te non obstupescere poterit? Nam conantem Alexandrum præpedire in cursu coathletam Romanum, tu, ne sua temeritas prodiret ulterius, de certamine rapuisti. Sed quod Roma palmam tanti bravii sit adepta, multis approbatur testimoniis, ait enim Poeta noster in primo:

*Certe hinc Romanos olim volventibus annis,*
*Hinc fore ductores, revocato à sanguine Teucri,*
*Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.*

& Lucanus in primo:

*Dividitur ferro regnum, populique potentis,*
*Qui mare, qui terras, qui totum possidet orbem,*
*Non cepit fortuna duos.*

& Boe-

& Boetius in secundo, cum de Romanorum principe loqueretur, sic inquit:

*Hic tamen sceptro populos regebat,*
*Quos videt condens radios sub undas*
*Phœbus extremo veniens ab ortu,*
*Quos premunt septem gelidi triones,*
*Quos notus sicco violentus æstu*
*Torret ardentes recoquens arenas.*

Hoc etiam testimonium perhibet scriba Christi Lucas, qui omnia vera dicit etiam illa parte sui eloquii: Exivit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. In quibus verbis universalem mundi jurisdictionem tunc Romanorum fuisse, aperte intelligere possumus. Ex quibus omnibus manifestum est, quod Romanus populus cunctis athletizantibus pro Imperio mundi prævaluit. Ergo de divino judicio prævaluit: & per consequens, de divino judicio obtinuit, quod est de jure obtinuisse.

Et quod per duellum acquiritur, de jure acquiritur. Nam ubicunque humanum judicium deficit, vel ignorantiæ tenebris involutum, vel propter præsidium judicis non habere, ne justitia derelicta remaneat, recurrendum est ad illum, qui tantum eam dilexit, ut quod ipsa exigebat, de proprio sanguine moriendo supplevit. Unde Psalmus: Justus Dominus justitias dilexit. Hoc autem fit, cum de libero assensu partium, non odio, sed amore justitiæ, per virium tam animi quam corporis mutuam collisionem divinum judicium postulatur. Quam quidem collisionem quia primitus unius ad unum fuit ipsa inventa, duellum appellamus. Sed semper cavendum est, ut quemadmodum in rebus bellicis, prius omnia tentanda sunt per disceptationem quandam, & ultimum per prælium dimicandum est: ut Tullius & Vegetius concorditer præcipiunt, hic in re militari, ille vero in officiis. Et quemadmodum in cura medicinali ante ferrum & ignem omnia experienda sunt,

& ad hæc ultimo recurrendum: ſic omnibus viis prius investigatis pro judicio de lite habendo, ad hoc remedium ultimum quadam juſtitiæ neceſſitate coacti recurramus. Duo igitur formalia duelli apparent; unum, hoc quod nunc dictum eſt: aliud, quod ſuperius tangebatur: ſcilicet, ut non odio, non amore, ſed ſolo juſtitiæ zelo, de communi aſſenſu agoniſtæ ſeu duelliones palæſtram ingrediantur. Et propter hoc bene Tullius, cum de hac materia tangeret; inquiebat enim: Sed bella, quibus Imperii corona propoſita eſt, minus acerbe gerenda ſunt. Quod ſi formalia duelli ſervata ſunt, (aliter enim duellum non eſſet) juſtitiæ neceſſitate de communi aſſenſu congregati propter zelum juſtitiæ, nonne in nomine Dei congregati ſunt? Et ſi ſic, nonne Deus in medio illorum eſt? cum ipſe in Evangelio nobis hoc promittat? Et ſi Deus adeſt, nonne nefas eſt, habendo juſtitiam ſuccumbere poſſe? quam ipſe in tantum diligit, quantum ſuperius prænotatur. Et ſi juſtitia in bello ſuccumbere nequit, nonne de jure acquiritur, quod per duellum acquiritur? Hanc veritatem etiam gentiles ante tubam Evangelicam agnoſcebant, cum judicium ad fortunam duelli quærebant. Unde bene Pyrrhus ille tam moribus Æacidarum, quam ſanguine generoſus, cum Legati Romanorum pro redimendis captivis ad illum miſſi fuerunt, reſpondit:

*Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis,*
*Non cauponantes bellum, ſed belligerantes:*
*Ferro, non auro, vitam cernamus utrique,*
*Voſne velit, an me, regnare Hera: quidve ferat ſors,*
*Virtute experiamur. Et hoc ſimul accipe dictum:*
*Quorum virtuti belli fortuna pepercit,*
*Horundem me libertati parcere certum eſt,*
*Dono ducite, doque volentibus cum magnis diis.*

Hæc Pyrrhus. Heram vocabat fortunam, quam cauſſam melius & rectius nos divinam providentiam appellamus. Unde caveant pupiles, ne pretio conſtituant

ſibi

sibi caussam; quia non tunc duellum, sed forum sanguinis & justitiæ dicendum esset: nec tunc arbiter Deus adesse credatur, sed ille antiquus hostis, qui litigii fuerat persuasor. Habeant semper, si duelliones esse volunt, non sanguinis & justitiæ mercatores, in ostio palæstræ ante oculos Pyrrhum: qui pro imperio decertando sic aurum despiciebat, ut dictum est. Quod si contra veritatem ostensam de imparitate virium instetur, ut assolet, per victoriam David de Goliath obtentam, instantia refellatur. Et si gentiles aliud peterent, refellant ipsam per victoriam Herculis in Antheum. Stultum enim est valde, vires, quas Deus confortat, inferiores in pugile suspicari. Jam satis manifestum est, quod per duellum acquiritur de jure acquiri. Sed Romanus populus per duellum acquisivit imperium: quod fide dignis testimoniis approbatur, in quibus manifestandis non solum hoc apparebit, sed & quicquid a primordialibus imperii Romani dijudicandum erat, per duellum esse discussum. Nam de primo, cum de sede patris Æneæ, qui primus pater hujus populi fuit, verteretur litigium, Turno Rutulorum rege contra stante, de communi amborum regum assensu: ad ultimum, propter divinum beneplacitum inquirendum, inter se solum dimicatum est, ut in ultimis Æneidos canitur. In quo quidem agone tanta victoris Æneæ clementia fuit, ut nisi Baltheus, quem Turnus Pallanti a se occiso detraxerat, patuisset, victo victor simul vitam condonasset, & pacem: ut ultima carmina nostri Poetæ testantur. Cumque duo populi ex ipsa Trojana radice in Italia germinassent, Romanus scilicet populus, & Albanus: atque de signo aquilæ, deque penatibus diis Trojanorum, atque dignitate principandi longo tempore inter se disceptatum esset: ad ultimum communi assensu partium, propter instantiam cognoscendam per tres Horatios fratres, & per totidem Curiatios fratres, inde in conspectu regum & populorum altrinsecus ex-

pectantinm decertatum est: ubi tribus pugilibus Albanorum peremptis, Romanorum duobus, palma victoriæ sub Hostilio rege cessit Romanis. Et hoc diligenter Livius in prima parte contexit, cui Orosius etiam contestatur. Deinde cum finitimis omni jure belli servato, cum Sabinis, cum Samnitibus, licet in multitudine disceptantium, sub forma tamen duelli, de imperio decretum fuisse, Livius narrat; in quo quidem modo decertandi cum Samnitibus fere Fortunam (ut dicam) incœpti pœnituit. Et hoc Lucanus in secundo ad exemplum sic reducit:

*Aut Collina tulit stratas quot porta catervas,*
*Tunc cum pene caput mundi rerumque potestas*
*Mutavit translata locum, Romanaque Samnis*
*Ultra Caudinas superavit vulnera furcas.*

Postquam vero Italorum litigia sedata fuerunt, & cum Græcis, cumque Pœnis nondum pro divino judicio certatum esset: id imperium intendentibus illis & illis, Fabricio pro Romanis, Pyrrho pro Græcis, de imperii gloria in militiæ multitudine decertantibus, Roma obtinuit. Scipione vero pro Italis, Hannibale pro Africanis in forma duelli bellum gerentibus, Italis Afri succubuerunt: sicut Livius & omnes Romanæ rei scriptores testificari conantur. Quis igitur nunc adeo mentis obtusæ est, qui non videat, sub jure duelli gloriosum populum coronam totius orbis esse lucratum? Vere potuit dicere vir Romanus, quod Apostolus ad Timotheum: Reposita est mihi corona justitiæ: reposita scilicet, in Dei providentia æterna. Videant nunc Juristæ præsumptuosi, quantum infra sint ab illa specula rationis, unde humana mens hæc principia speculatur: & sileant, secundum sensum legis consilium & judicium exhibere contenti. Et jam manifestum est, quod per duellum Romanus populus acquisivit Imperium: ergo de jure acquisivit, quod est principale propositum in libro præsenti. Hucusque patet propositum, per ratio-

tiones quæ plurimum rationalibus principiis innituntur. Sed deinceps ex principiis fidei Christianæ iterum patefaciendum est. Maxime enim fremuerunt, & inania meditati sunt in Romanum principatum, qui zelatores fidei Christianæ se dicunt: nec misere eos pauperum Christi, quibus non solum defraudatio fit in ecclesiarum proventibus, quinimo patrimonia ipsa quotidie rapiuntur, & depauperatur Ecclesia, dum simulando justitiam, exequutorem justitiæ non admittunt. Nec jam pauperatio talis absque Dei judicio fit: cum nec pauperibus, quorum patrimonia sunt Ecclesiæ facultates, inde subveniatur: neque ab offerente Imperio cum gratitudine teneantur. Redeunt, unde venerunt: venerunt bene, redeunt male: quia bene data, & male possessa sunt. Quid ad pastores tales? Quid si Ecclesiæ substantia diffluit? dum proprietates propinquorum suorum exaugeantur? Sed forsan melius est, propositum prosequi: & sub pro silentio, Salvatoris nostri expectare succursum. Dico ergo, quod si Romanum imperium de jure non fuit, Christus nascendo præsumpsit injustum; & consequens est falsum, ergo contradictorium antecedentis est verum. Inferunt enim se contradictoria invicem a contrario sensu. Falsitatem consequentis ad fideles ostendere non oportet. Nam si fidelis quis est, falsum hoc esse concedit: & si non concedit, fidelis non est. Sed ab eo ratio ista non quæritur. Consequentiam sic ostendo: Quicunque aliquod edictum ex electione prosequitur, illud esse justum opere persuadet: & cum opera magis suadeant, quam sermones (ut Philosopho placet in ultimis ad Nicomachum) magis persuadet, quam si sermone approbaret. Sed Christus (ut ejus scriba Lucas testatur) sub edicto Romanæ auctoritatis nasci voluit de virgine matre, ut in illa singulari generis humani descriptione filius Dei factus homo conscriberetur, qnod fuit illud prosequi. Et forte sanctius est arbitrari, divinitus illud exivisse per Cæsa-

rem: ut qui tempora tanta fuerat expectatus in societate mortalium, cum mortalibus ipse se consignaret. Ergo Christus Augusti, Romanorum auctoritate fungentis, edictum fore justum, opere persuasit. Et cum a juste edicere, jurisdictio sequatur: necesse est, ut qui illud edictum persuasit, jurisdictionem etiam persuaserit. Quæ si de jure non erat, injusta erat. Et notandum, quod argumentum sumptum ad destructionem consequentis, licet de sua forma per aliquem locum teneat: tamen vim suam per secundam figuram ostendit, si reducatur: sicut argumentum in positione antecedentis per primam; reducitur enim sic: Omne injustum persuadetur injuste: Christus non persuasit injuste: ergo non persuasit injustum. A positione antecedentis sic: Omne injustum persuadetur injuste: Christus persuasit quoddam injustum: ergo persuasit injuste.

Et si Romanum imperium de jure non fuit, peccatum Adæ in Christo non fuit punitum; hoc autem esset falsum: ergo contradictorium ejus, ex quo sequitur, est verum. Falsitas consequentis apparet sic. Cum enim per peccatum Adæ omnes peccatores essemus, dicente Apostolo: Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors, in quo omnes peccaverunt: Si de illo peccato non fuisset satisfactum per mortem Christi, adhuc essemus filii iræ naturæ: natura scilicet depravata. Sed hoc non est, cum dicat Apostolus ad Ephesios, loquens de Patre qui prædestinavit nos in adoptione filiorum per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem & gloriam gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gloriæ suæ, quæ superabundavit in nobis. Dum etiam Christus in se punitionem patiens, dicat in Johanne, Consummatum est. Nam ubi consummatum est,

nihil

nihil restat agendum. Propter convenientia sciendum; quod punitio non est simpliciter pœna injuriam inferentis: sed pœna inflicta injuriam inferenti, ab habente jurisdictionem puniendi; unde, nisi ab ordinario judice pœna inflicta sit, punitio non est, sed potius injuria est dicenda; unde dicebat ille Moysi, Quis te constituit judicem super nos? Si ergo sub ordinario judice Christus passus non fuisset, illa pœna punitio non fuisset: & judex ordinarius esse non poterat, nisi supra totum humanum genus jurisdictionem habens, cum totum humanum genus in carne illa Christi portantis dolores nostros (ut ait Propheta) vel sustinentis, puniretur. Et supra totum humanum genus Tiberius Cæsar, cujus vicarius erat Pilatus, jurisdictionem non habuisset, nisi Romanum imperium de jure fuisset. Hinc est quod Herodes, quamvis ignorans quid faceret, sicut & Caiphas, cum verum dixit, de cœlesti decreto Christum Pilato remisit ad judicandum, ut Lucas in suo Evangelio tradit. Erat enim Herodes non vicem Tiberii gerens, sub signo aquilæ, vel sub signo Senatus: sed rex, regno singulari ordinatus ab eo, & sub signo regni sibi commissi gubernans. Desinant igitur imperium exprobrare Romanum, qui se filios Ecclesiæ fingunt: cum videant sponsum Christum illud sic in utroque termino suæ militiæ comprobasse. Et jam sufficienter manifestum esse arbitror, Romanum populum sibi de jure orbis Imperium adscivisse. O felicem populum, o Ausoniam te gloriosam, si vel nunquam infirmator ille imperii tui natus fuisset: vel nunquam sua pia intentio ipsum fefellisset.

# LIBER TERTIUS.

*Qualiter officium Monarchæ, sive Imperii dependet a Deo immediate.*

COnclusit ora Leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo justitia inventa est in me. In principio hujus operis propositum fuit de tribus quæstionibus, prout materia pateretur, inquirere. De quarum duabus primis, in superioribus libris, ut credo, sufficienter peractum est. Nunc autem de tertia restat agendum. Cujus quidem veritas, quia sine rubore aliquorum emergere nequit, forsitan alicujus indignationis causa in me erit. Sed quia de throno immutabili suo Veritas deprecatur, Salomon etiam sylvam Proverbiorum ingrediens, meditandam veritatem, imperium detestandum in se futuro, nos docet; Ac præceptor morum Philosophus, familiaria destruenda pro veritate suadet: Assumpta fiducia de verbis Danielis præmissis, in quibus divina potentia, clypeus defensorum veritatis, astruitur: juxta monitionem Pauli, fidei loricam induens, in calore carbonis illius, quem unus de Seraphin accepit ex altari cælesti, & tetigit labia Esaiæ, gymnasium præsens ingrediar: & in brachio illius, qui nos de potestate tenebrarum liberavit in sanguine suo, impium atque mendacem de palæstra spectante mundo ejiciam. Quid timeam? cum Spiritus Patri & Filio coæternus dicat per os David: In memoria æterna erit justus, ab auditione mala non timebit? Quæstio igitur præsens, de qua inquisitio futura est, inter duo luminaria magna versatur: Romanum scilicet Pontificem, & Romanum Principem; & quæritur, utrum authoritas Monarchæ Romani, qui de jure Monarcha mundi est, ut in secundo libro probatum est, immediate a Deo dependeat: an ab aliquo Dei vicario vel ministro, quem

Patri

Petri successorem intelligo, qui vere est claviger regni cœlorum.

Ad præsentem quæstionem discutiendam, sicut in superioribus est peractum, aliquod principium est sumendum: in virtute cujus, aperiendæ veritatis argumenta formentur. Nam sine præfixo principio, etiam vera dicendo laborare quid prodest? cum principium solum assumendorum mediorum sit radix. Hæc igitur irrefragabilis veritas præmittatur, scilicet quod illud quod naturæ intentioni repugnat, Deus nolit. Nam si hoc verum non esset, contradictorium ejus non esset falsum: quod est, Deum non nolle quod naturæ intentioni repugnat. Et si hoc non est falsum, nec ea quæ sequuntur ad ipsum. Impossibile enim est, in necessariis consequentiis falsum esse consequens, antecedente non falso existente. Sed ad non nolle, alterum duorum sequitur de necessitate, aut velle, aut non velle: sicut ad non odire, necessario sequitur, aut amare, aut non amare; non enim non amare, est odire: nec non velle, est nolle, ut de se patet. Quæ si falsa non sunt, ista non erit falsa, Deus vult quod non vult: cujus falsitas non habet superiorem. Quod autem verum sit quod dicitur, sic declaro, manifestum est, quod Deus finem naturæ vult: aliter cœlum otiose moveret, quod dicendum non est: si Deus vellet impedimentum finis, vellet & finem impedimenti: aliter etiam otiose vellet. Et cum finis impedimenti sit, non esse rei impeditæ: sequeretur, Deum velle non esse finem naturæ, qui dicitur velle esse. Si enim Deus non vellet impedimentum finis, prout non vellet, sequeretur ad non velle, nihil de impedimento curaret, sive esset, sive non esset; sed qui impedimentum non curat, rem quæ potest impediri non curat: & per consequens, non habet in voluntate; & quod quis non habet in voluntate, non vult. Propter quod si finis naturæ impediri potest, quod potest: de necessitate sequitur, quod Deus

finem

finem naturæ non vult; & sequitur quod prius, videlicet Deum velle quod non vult. Verissimum igitur est illud principium, ex cujus contradictorio tam absurda sequentur.

In introitu, ad quæstionem hanc notare oportet, quod primæ quæstionis veritas magis magis manifestanda fuit ad ignorantiam tollendam, quam ad tollendum litigium. Sed quod fuit secundæ quæstionis, quomodo & qualiter ad ignorantiam & litigium se habeat? Multa etenim ignoramus, de quibus non litigamus; nam Geometria circuli quadraturam ignorat, non tamen de ipsa litigat. Theologus vero de numero angelorum ignorat, non tamen de illo litigium facit. Ægyptius civilitatem Scytharum ignorat, non propter hoc litigium facit de eorum civilitate. Hujus quidem tertiæ quæstionis veritas tantum habet litigium, ut quemadmodum in aliis ignorantia solet esse caussa litigii, sic & hic litigium caussa ignorantiæ sit. Magnis hominibus namque rationis intuitu voluntatem prævolantibus, hoc sæpe contingit, ut male affecti, lumine rationis postposito, affectu quasi cæci trahantur, & pertinaciter suam denegent cæcitatem. Unde fit persæpe, quod non solum falsitas patrimonium habeat, sed plerique ut de suis terminis egredientes, per aliena castra discurrant: ubi nihil intelligentes ipsi, nihil intelliguntur. Et sic provocant quosdam ad iram, quosdam ad indignationem, nonnullos ad risum. Igitur contra veritatem, quæ quæritur, tria hominum genera maxime colluctantur. Summus namque Pontifex, Domini nostri Jesu Christi Vicarius, & Petri successor, cui non quicquid Christo, sed quicquid Petro debemus, zelo fortasse clavium, nec non alii Græcorum Christianorum pastores, & alii quos credo zelo solo matris Ecclesiæ permoveri, veritati, quam ostensurus sum, de zelo forsan (ut dixi) non de superbia contradicunt. Quidam vero alii, quorum obstinata cupiditas lumen rationis extinxit, & dum ex patre diabolo sunt, Ecclesiæ se filios esse dicunt, non solum in hac quæstione

liti-

litigium movent, sed sacratissimi Principatus vocabulum abhorrentes, superiorum quæstionum, & hujus principia impudenter negarunt. Sunt & tertii, quos Decretalistas vocant, Theologiæ ac Philosophiæ cujuslibet inscii & expertes, suis Decretalibus (quas profecto venerandas existimo) tota intentione innixi, de illarum prævalentia credo sperantes, Imperio derogant. Nec mirum, cum jam audiverim quendam de illis dicentem, & procaciter asserentem, traditiones Ecclesiæ fidei esse fundamentum. Quod quidem nefas, de opinione mortalium illi submoveant, qui ante traditionem Ecclesiæ in filium Dei Christum, sive venturum, sive præsentem, sive jam passum crediderunt, & credendo speraverunt, & sperantes charitate arserunt, & ardentes ei cohæredes futuros esse mundus non dubitat. Et ut tales de præsenti Gymnasio totaliter excludantur, est advertendum, quod quædam scriptura est ante Ecclesiam, quædam cum Ecclesia, quædam post Ecclesiam. Ante quidem Ecclesiam sunt, vetus & novum Testamentum: quod in æternum mandatum est, ut ait Propheta: hoc enim est quod dicit Ecclesia, loquens ad sponsum: Trahe me post te. Cum Ecclesia vero sunt, veneranda illa concilia principalia, quibus Christum interfuisse nemo fidelis dubitat: cum habeamus, ipsum dixisse discipulis, ascensurum in cœlum: Ecce ego vobiscum sum in omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi: ut Matthæus testatur. Sunt & scripturæ doctorum, Augustini & aliorum, quos a Spiritu sancto adjutos qui dubitat, fructus eorum vel omnino non vidit: vel si vidit, minime degustavit. Post Ecclesiam vero sunt traditiones, quas Decretales dicunt: quæ quidem etsi auctoritate Apostolica sunt venerandæ, fundamentali tamen scripturæ postponendas esse dubitandum non est: cum Christus Sacerdotes objurgaverit de contrario. Cum enim interrogassent, Quare discipuli tui traditionem seniorum transgrediuntur? (negligebant enim manuum

lotio.

lotionem ) Christus eis Matthæo testante respondit: Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? In quo satis innuit, traditionem postponendam. Quod si traditiones Ecclesiæ, post Ecclesiam sunt, ut declaratum est: necesse est, ut non Ecclesiæ a traditionibus, sed ab Ecclesia traditionibus accedat auctoritas. Itaque solas traditiones habentes, ut dicebatur, a Gymnasio excludendi sunt. Oportet enim hanc veritatem venantes, ex iis ex quibus Ecclesiæ manat authoritas, investigando procedere. Iis itaque exclusis, excludendi sunt alii, qui corvorum plumis operti, oves albas in grege Domini se jactant. Hi sunt impietatis filii, qui ut flagitia sua exequi possint, matrem prostituunt, fratres expellunt: & denique judicem habere nolunt. Nam cur ad eos ratio quæreretur, cum sua cupiditate detenti, principia non viderint? Quapropter cum solis concertatio restat, qui aliquali zelo erga matrem Ecclesiam ducti, ipsam quæ quæritur veritatem ignorant. Cum quibus illa reverentia fretus, quam pius filius debet patri, quam pius filius matri, pius in Christum, pius in Ecclesiam, pius in pastorem, pius in omnes Christianam religionem profitentes, pro salute veritatis in hoc libro certamen incipio.

Isti vero, ad quos erit tota disputatio sequens, asserentes auctoritatem Imperii ab auctoritate Ecclesiæ dependere, velut artifex inferior dependet ab architecto, pluribus ex diversis argumentis moventur: quæ quidem de sacra Scriptura eliciunt, & de quibusdam gestis tam summi Pontificis, quam ipsius Imperatoris; nonnullum vero rationis indicium habere nituntur. Dicunt enim primo secundum scripturam Geneseos, quod Deus fecit duo magna luminaria, luminare majus, & luminare minus: ut alterum præesset diei, & alterum nocti. Quæ allegorice dicta esse intelligebant, ista duo regimina, spirituale & temporale. Deinde, quod quemadmo-

admodum Luna, quæ est luminare minus, non habet lucem, nisi prout recipit a Sole: sic nec regnum temporale auctoritatem habet, nisi prout recipit a spirituali regimine. Propter hanc, & propter alias eorum rationes dissolvendas, prænotandum: quod, sicut Philosopho placet in iis quæ de sophisticis elenchis, solutio argumenti est erroris manifestatio. Et quia error potest esse in materia & in forma argumenti, dupliciter peccare contingit: aut scilicet assumendo falsum, aut non syllogizando. Quæ duo Philosophus objiciebat contra Parmenidem & Melissum, dicens: quia falsa recipiunt, & non syllogizantes sunt. Et accipio hic largo modo falsum, etiam pro inopinabili, quod in materia probabili habet naturam syllogismi. Si vero in forma sit peccatum, conclusio interimenda est ab illo qui solvere vult, ostendendo formam syllogisticam non esse servatam. Si vero peccatum sit in materia, aut est, quia simpliciter falsum assumptum est: aut quia falsum secundum quid. Si simpliciter, per interemptionem assumpti solvendum est: si secundum quid, per distinctionem. Hoc viso, ad meliorem hujus & aliarum inferius factarum solutionum evidentiam, advertendum: quod circa sensum mysticum dupliciter errare contingit: aut quærendo ipsum ubi non est, aut accipiendo aliter quam accipi debeat. Propter primum dicit Augustinus in Civitate Dei: Non sane omnia quæ gesta narrantur, etiam significare aliquid putanda sunt: sed propter illa quæ aliquid significant, etiam ea quæ nihil significant, attexuntur. Solo vomere terra proscinditur: sed ut hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria. Propter secundum, Idem ait in libro de Doctrina Christiana, loquens de illo (aliud in scripturis sentire quam ille qui scripsit eas) dicit, quod ita fallitur, ac si quisquam deserens viam, eo tamen per gyrum pergeret, quo via illa perducit; & subdit: Demonstrandum est, ut consuetudine deviandi etiam in trans-

transversum & perversum ire quis cogatur; deinde innuit caussam quare cavendum sit hoc in scripturis, dicens: Titubabit fides, si divinarum scripturarum vacillat auctoritas. Ego autem dico, quod si talia de ignorantia proveniant, correptione diligenter adhibita, ignoscendum est: sicut ignoscendum esset illi, qui leonem in nubibus formidaret. Si vero industria, non aliter cum sic errantibus est agendum, quam cum tyrannis: qui publica jura non ad communem utilitatem sequuntur, sed ad propriam retorquere conantur. O summum facinus, etiamsi contingat in somniis æterni spiritus intentione abuti; non enim peccatur in Moysen, non in David, non in Job, non in Matthæum, nec in Paulum: sed in Spiritum sanctum, qui loquitur in illis. Nam quanquam scriptores divini eloquii multi sint, unicus tamen dictator est Deus, qui beneplacitum suum nobis per multorum calamos explicare dignatus est. His itaque prænotatis, ad id quod superius dicebatur, dico per interemptionem illius dicti, quod dictum est illa duo luminaria typice importare duo hæc regimina: in quo quidem dicto tota vis argumenti consistit. Quod autem ille sensus omnino sustineri non possit, duplici via potest ostendi. Primo, quia cum hujusmodi regimina sint accidentia quædam ipsius hominis, videretur Deus usus fuisse ordine perverso, accidentia scilicet prius producendo, quam proprium subjectum: quod absurdum est dicere de Deo. Nam illa duo luminaria producta sunt die quarto, & homo die sexto ut patet in Litera; præterea, cum ista regimina sint hominum directiva in quosdam fines, ut infra patebit: si homo stetisset in statu innocentiæ, in quo a Deo factus est, talibus directivis non indiguisset. Sunt ergo hujusmodi regimina, remedia contra infirmitatem peccati. Quum ergo non solum in die quarto peccator homo non erat, sed etiam simpliciter homo non erat, producere reme-

me-

media certum est fuisse ociosum: quod est contra divinam bonitatem. Stultus etenim esset medicus, qui ante nativitatem hominis, pro apostemate futuro, illi emplastrum conficeret. Non igitur dicendum est, quod quarto die Deus hæc duo regimina fecerit: & per consequens, intentio Moysi esse non potuit illa, quam fingunt. Potest etiam hoc mendacium tolerando per distinctionem dissolvi. Mitior namque est in adversarium solutio distinctiva; non enim omnino mentiens esse videtur, sicut interemptiva illum videri facit. Dico ergo, quod licet Luna non habeat lucem abundanter, nisi ut a Sole recipit: non propter hoc sequitur, quod ipsa Luna sit a Sole. Unde sciendum, quod aliud est esse ipsius Lunæ, aliud virtus ejus, & aliud operari. Quantum est ad esse, nullo modo Luna dependet a Sole, nec etiam quantum ad virtutem, nec quantum ad operationem simpliciter: quia motus ejus est a motore proprio: & influentia sua est a propriis suis radiis. Habet enim aliquam lucem ex se, ut in ejus eclipsi manifestum est; sed quantum ad melius & virtuosius operandum, recipit aliquid a Sole: quia lucem abundantem, qua recepta virtuosius operatur. Sic ergo dico, quod regnum temporale non recipit esse a spirituali: nec virtutem (quæ est ejus auctoritas) nec etiam operationem simpliciter: sed bene ab eo recipit, ut virtuosius operetur per lucem gratiæ, quam in cælo & in terra benedictio summi pontificis infundit illi. Et ideo argumentum peccabat in forma: quia prædicatum in conclusione non est extremitas majoris, ut patet. Procedit enim sic: Luna recipit lucem a Sole, qui est regimen spirituale: regimen temporale est Luna: ergo regimen temporale recipit auctoritatem a regimine spirituali. Nam in extremitate majoris, ponunt lucem: in prædicato vero conclusionis, auctoritatem: quæ sunt res diversæ subjecto & ratione, ut visum est supra.

Assumunt etiam argumentum de litera Moysi, di-

centes, quod de femore Jacob fluxit figura horum duorum regiminum: quia Levi & Judas, quorum alter fuit pater facerdotii, alter vero regiminis temporalis. Deinde fic arguunt ex iis: Quemadmodum fe habuit Levi ad Judam; fic fe habet Ecclefia ad Imperium. Levi præceffit Judam in nativitate, ut patet in litera: ergo Ecclefia præcedit Imperium in auctoritate. Et hoc vero de facili folvitur; nam cum dicunt, quod Levi & Judas filii Jacob, figurant ifta duo regimina, poffum fimiliter hoc interimendo diffolvere, fed concedatur. Arguendo inferunt: Sicut Levi præcedit in nativitate, fic Ecclefia in auctoritate. Dico fimiliter, Quod aliud eft prædicatum conclufionis, & aliud major extremitas. Nam aliud eft auctoritas, & aliud nativitas, fubjecto & ratione: propter quod peccatur in forma: & eft fimilis proceffus huic: a præcedit b, in c d: & e fe habet ut a & b: ergo d præcedit e in f; f vero & c diverfa funt. Et fi facerent inftantiam dicentes, quod f fequitur ad c, hoc eft, auctoritas ad nativitatem: & pro antecedente bene infertur confequens, ut animal pro homine: dico quod falfum eft. Multi enim funt majores natu, qui non folum in auctoritate non præcedunt, fed etiam præceduntur a minoribus: ut patet, ubi Epifcopi funt temporaliter juniores, quam fui archipresbyteri. Et fic inftantia videtur errare fecundum non cauffam, ut cauffa.

De litera vero primi libri Regum affumunt etiam creationem & depofitionem Saulis: & dicunt, quod Saul rex inthronizatus fuit, & de throno depofitus, per Samuelem, qui vice Dei de præcepto fungebatur, ut in litera patet. Et ex hoc arguunt, quod quemadmodum ille Dei vicarius auctoritatem habuit dandi & tollendi regimen temporale, & in alium transferendi: fic & nunc Dei vicarius, Ecclefiæ univerfalis antiftes, auctoritatem habet dandi & tollendi, & etiam transferendi fceptrum regiminis temporalis. Ex quo fine dubio fe-

que-

queretur, quod auctoritas Imperii dependeret, ut dicunt. Et ad hoc dicendum, per interemptionem ejus quod dicunt, Samuelem Dei vicarium: quia non ut vicarius, sed ut legatus specialis ad hoc, sive nuncius, portans mandatum Domini expressum, hoc fecit. Quod patet, quia quicquid Deus dixit, hoc fecit solum, & hoc retulit. Unde sciendum, quod aliud est esse vicarium, aliud est esse nuncium sive ministrum: sicut aliud est esse doctorem, aliud est esse interpretem; nam vicarius est, cui jurisdictio cum lege vel cum arbitrio commissa est; & ideo intra terminos jurisdictionis commissæ de lege vel de arbitrio potest agere circa aliquid, quod dominus omnino ignorat. Nuncius autem non potest, in quantum nuncius: Sed quemadmodum malleus in sola virtute fabri operatur, sic & nuncius solo arbitrio ejus qui mittit illum. Non igitur sequitur, si Deus per nuncium Samuelem fecit hoc, quod vicarius Dei hoc facere possit similiter. Multa enim Deus per angelos fecit, & facit, & facturus est: quæ vicarius Dei, Petri successor, facere non posset. Unde argumentum istorum est a toto ad partem, construendo sic: Homo potest audire & videre, ergo oculus potest audire & videre; & hoc non tenet. Teneret autem destructive sic: Homo non potest volare, ergo nec brachia hominis possunt volare. Et similiter sic: Deus per nuncium facere non potest, genita non esse genita, juxta sententiam Agathonis: ergo nec vicarius ejus facere potest.

Assumunt etiam de litera Matthæi, Magorum oblationem, dicentes ipsum recepisse simul thus & aurum, ad signandum, seipsum esse Dominum & gubernatorem spiritualium & temporalium. Ex quo inferunt, Christi vicarium dominum & gubernatorem eorundem: & per consequens, habere utrorumque auctoritatem. Ad hoc respondens, literam Matthæi & sensum confiteor: sed quod ex illa inferre conantur, in termino deficiunt. Syllogizant enim sic: Deus est dominus spiritualium &

temporalium: summus Pontifex est vicarius Dei: ergo est Dominus spiritualium & temporalium; utraque enim propositio vera est, sed medium variatur: & arguitur in quatuor terminis, in quibus forma syllogistica non salvatur: ut patet ex iis quæ de syllogismo simpliciter. Nam aliud est Deus, quod subjicitur in majori: & aliud vicarius Dei, quod prædicatur in minori. Et si quis instaret de vicarii æquivalentia, inutilis est instantia: quia nullus vicariatus sive divinus, sive humanus, æquivalere potest principali auctoritati: quod patet de Levi; nam scimus, quod successor Petri non æquivalet divinæ auctoritati, saltem in operatione naturæ. Non enim posset facere tamen ascendere sursum, nec ignem descendere deorsum, per officium sibi commissum: nec etiam possent omnia sibi committi a Deo, quoniam potentiam creandi & similiter baptizandi nullo modo Deus committere posset, ut evidenter probatur. Licet Magister contrarium dixerit in quarto. Scimus etiam, quod vicarius hominis non æquivalet ei, quantum in hoc quod vicarius est: quia nemo potest dare quod suum non est. Auctoritas principalis non est principis, nisi ad usum: quia nullus princeps seipsum auctorizare potest, recipere autem potest, atque dimittere: sed alium creare non potest, quia creatio principis ex principe non dependet. Quod si ita est, manifestum est, quod nullus princeps potest sibi substituere vicarium in omnibus æquivalentem; quia instantia nullam efficaciam habet.

Item assumunt de litera ejusdem, illud Christi ad Petrum: Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum etiam in cœlis; quod etiam omnibus Apostolis est dictum. Similiter accipiunt de litera Matthæi & Joannis, ex quo arguunt successorem Petri omnia de concessione Dei, posse tam ligare, quam solvere. Et inde inferunt, posse solvere leges & decreta

Impe-

Imperii, atque leges & decreta ligare pro regimine temporali; unde bene sequeretur illud quod dicunt. Et dicendum ad hoc distinctionem contra majorem syllogismi, quo utuntur. Syllogizant enim sic: Petrus potuit solvere omnia, & ligare: successor Petri potest, quicquid Petrus potuit: ergo successor Petri potest omnia solvere & ligare; unde inferunt, Auctoritatem & decreta Imperii solvere & ligare ipsum posse. Minorem concedo: Majorem vero non sine distinctione. Et ideo dico, quod hoc signum universale Omne, quod includitur in quodcunque, nunquam distribuit extra habitum termini distributi. Nam si dico, Omne animal currit: Omne distribuit pro omni eo quod sub genere animali comprehenditur. Si vero dico, omnis homo currit: tunc signum universale non distribuit, nisi pro suppositis hujus termini Homo. Et cum dico, Omnis grammaticus: tunc distributio magis coarctatur. Propter quod semper videndum est, quid est quod signum universale habet distribuere: quo viso, facile apparebit quantum sua distributio dilatetur, cognita natura & ambitu termini distributi. Unde cum dicitur, Quodcunque ligaveris: si hic Quodcunque sumeretur absolute, verum esset quod dicunt: & non solum hoc facere posset, quin etiam solvere uxorem a viro, & ligare ipsam alteri, vivente primo: quod nullo modo potest. Posset etiam solvere me non pœnitentem, quod etiam facere ipse Deus non posset. Cum ergo ita sit, manifestum est, quod non absolute sumenda est illa distributio, sed respective ad aliquid. Quid autem illa respiciat, satis est evidens, considerato illo quod sibi conceditur circa quod illa distributio subjungitur. Dicit enim Christus Petro, Tibi dabo claves regni cœlorum: hoc est, Faciam te ostiarium regni cœlorum. Deinde subdit, Et quodcunque: quod est, omne quod: id est, & omne quod ad istud officium spectabit, solvere poteris, & ligare. Et sic signum universale, quod inclu-

ditur in Quodcunque, contrahitur in sua distributione ab officio clavium regni cœlorum. Et sic assumendo, vera est illa propositio: absolute vero non, ut patet. Et ideo dico, quod etsi successor Petri secundum exigentiam officii commissi Petro, possit solvere & ligare: non tamen propter hoc sequitur, quod possit solvere seu ligare decreta Imperii, sive leges, ut ipsi dicebant: nisi ulterius probaretur, hoc spectare ad officium clavium, cujus contrarium inferius ostenditur.

Accipiunt etiam illud Lucæ, quod Petrus dicit Christo, cum ait, Ecce duo gladii hic: & dicunt, quod per illos duos gladios duo prædicta regimina intelliguntur: quæ quoniam Petrus dixit esse ibi, ubi erat, hoc est apud se: unde arguunt, illa duo regimina secundum auctoritatem apud successorem Petri consistere. Et ad hoc dicendum, per interemptionem sensus, in quo fundatur argumentum. Dicunt enim, illos duos gladios, quos assignaverit Petrus, duo præfata regimina importare: quod omnino negandum est: tum quia illa responsio non fuisset ad intentionem Christi: tum quia Petrus de more subito respondebat ad rerum superficiem tantum. Quod autem responsum non fuisset ad intentionem Christi, non erit immanifestum, si considerentur verba præcedentia, & caussa verborum. Propter quod sciendum, quod hoc dictum fuit in die cœnæ, unde Lucas incipit superius sic: Venit autem dies azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha. In qua quidem cœna præloquutus fuerat Christus de ingruente passione, in qua oportebat ipsum separari a discipulis suis. Item sciendum, quod ubi ista verba intervenerunt erant simul omnes duodecim discipuli; unde parum post verba præmissa dicit Lucas: Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Ex hinc continuato colloquio venit ad hæc: Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Di-

xit

xit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium. In quo satis aperte intentio Christi manifestatur, non enim dixit, Ematis vel habeatis duos gladios, imo duodecim, cum ad duodecim discipulos loqueretur, Qui non habet, emat: ut quilibet haberet unum. Et hoc etiam dicebat, præmonens eos de pressura futura, & despectu futuro erga eos, quasi diceret: Quousque fui vobiscum, recepti eratis: nunc autem fugabimini, ut oporteat vos præparare vobis etiam ea quæ ante inhibui vobis, propter futuram necessitatem. Itaque si responsio Petri facta ad hæc fuisset sub intentione illa, jam non fuisset ad eam quæ erat Christi, de quo Christus ipsum increpasset: sicut multotiens increpuit, cum inscite respondit. Hic autem non fecit, sed acquievit ei dicens: Satis est, quasi diceret, Propter necessitatem dico, sed si quilibet habere non potest, duo sufficere possunt. Et quod Petrus de more ad superficiem loqueretur, probat ejus festina & impræmeditata præsumptio: ad quam non solum fidei sinceritas impellebat, sed credo puritas & simplicitas naturalis. Hanc suam præsumptionem scribæ Christi testantur omnes. Scribit autem Matthæus, quod cum Jesus interrogasset discipulos, Quem esse me dicitis? Petrum ante omnes respondisse: Tu es Christus filius Dei vivi. Scribit etiam, quod Christus, cum diceret discipulis, quia oportebat eum ire in Hierusalem, & multa pati, assumpsit eum Petrus, & cœpit increpare eum, dicens: Absit hoc a te Domine, non erit tibi hoc. Ad quem Christus, eum redarguens, conversus dixit: Vade post me Sathana. Item scribit, quod in monte transfigurationis, in conspectu Christi, Moysi, & Eliæ, & duorum filiorum Zebedæi, dixit: Bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum. Item scribit, quod cum discipuli essent in navicula tempore

noctis, & Christus ambularet super aquam, Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. Item scribit, quod cum Christus prænunciaret scandalum discipulis suis, Petrus respondit: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Et infra: Etsi oportuerit me simul mori tecum, non te negabo. Et hoc etiam contestatur Marcus. Lucas vero scribit, Petrum etiam dixisse Christo, parum supra verba præmissa de gladiis: Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Johannes autem dicit de illo, quod cum Christus vellet sibi lavare pedes, Petrus ait: Domine, tu mihi lavas pedes? Et infra: Non lavabis mihi pedes in æternum. Dicit etiam, ipsum gladio percussisse ministri servum: quod etiam conscribunt omnes quatuor. Dicit etiam Johannes, ipsum introivisse subito, cum venit in monumentum, videns alium discipulum cunctantem ad ostium. Dicit iterum, quod existente Christo in littore, post resurrectionem, cum Petrus audivisset, quia Dominus est, subcinxit se tunica (erat enim nudus) & misit se in mare. Ultimo dicit, quod cum Petrus vidisset Joannem, dicit Jesu: Domine, hic autem quid? Juvat quippe talia de Archimandrita nostro in laudem suæ puritatis continuasse: in quibus aperte deprehenditur, quod cum de duobus gladiis loquebatur, intentione simplici respondebat ad Christum. Quod si verba illa Christi & Petri typice sunt accipienda, non ad hoc tamen, quod dicunt isti, trahenda sunt, sed referenda ad sensum illius gladii, de quo Matthæus scribit sic: Nolite arbitrari quia veni pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim, separare hominem adversus patrem suum, &c. Quod quidem fit tam verbo, quam opere. Propter quod dicebat Lucas a Theophilum, Quæ cœpit Jesus facere & docere. Talem gladium Christus, emere præcipiebat, quem duplicem ibi esse Petrus etiam respondebat. Ad ver-

verba enim & opera parati erant, per quæ facerent quod Christus dicebat: scilicet, se venisse facturum per gladium, ut dictum est.

Dicunt quidam adhuc, quod Constantinus Imperator, mundatus a lepra intercessione Sylvestri, tunc summi pontificis, Imperii sedem, scilicet Romam, donavit Ecclesiæ, cum multis aliis Imperii dignitatibus. Ex quo arguunt, dignitates illas posthac neminem assumere posse, nisi ab Ecclesia recipiat, cujus eas esse dicunt. Et ex hoc bene sequeretur, auctoritatem unam ab alia dependere, ut ipsi volunt. Positis igitur & solutis argumentis quæ radices in divinis eloquiis habere videbantur: restant nunc illa ponenda & solvenda, quæ in gestis humanis & ratione humana radicantur. Ex quibus primum est, quod præmittitur, quod sic syllogizant. Ea quæ sunt Ecclesiæ, nemo de jure habere potest, nisi ab Ecclesia: & hoc conceditur. Romanum regimen est Ecclesiæ: ergo ipsum nemo habere potest de jure, nisi ab Ecclesia. Et minorem probant per ea quæ de Constantino superius tacta sunt. Hanc ergo minorem interimo. Et cum probant, dico quod sua probatio nulla est. Quia Constantinus alienare non poterat Imperii dignitatem, nec Ecclesia recipere. Et cum pertinaciter instant, quod dico sic ostendi potest. Nemini licet ea facere per officium sibi deputatum, quæ sunt contra illud officium: quia sic idem, in quantum idem, esset contrarium sibi ipsi: quod est impossibile. Sed contra officium deputatum Imperatori est, scindere imperium: cum officium ejus sit, humanum genus uni velle & uni nolle tenere subjectum, ut in primo hujus facile videri potest. Ergo scindere Imperium, Imperatori non licet. Si ergo aliquæ dignitates per Constantinum essent alienatæ (ut dicunt) ab Imperio: excessissent in potestate Ecclesiæ: scissa esset tunica inconsutilis, quam scindere ausi non sunt qui Christum verum Deum lancea perforarunt. Præterea sicut Eccle-

sia

sia suum habet fundamentum, sic etiam Imperium suum; nam Ecclesiæ fundamentum Christus est; unde Apostolus ad Corinthios: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Jesus. Ipse est petra, super quam ædificata est Ecclesia. Imperii vero fundamentum, jus humanum est. Modo dico, quod sicut Ecclesiæ, fundamento suo contrariari non licet, sed debet semper inniti super illud, juxta illud Canticorum: Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectum? Sic & Imperio licitum non est, contra jus humanum aliquid facere: sed contra jus humanum esset, si seipsum Imperium destrueret; ergo, Imperio seipsum destruere non licet. Cum ergo scindere Imperium, esset destruere ipsum, consistente imperio in unitate Monarchiæ universalis: manifestum est, quod Imperii auctoritate fungenti, scindere imperium non licet. Quod autem destruere Imperium sit contra jus humanum, ex superioribus est manifestum. Præterea omnis jurisdictio prior est suo judice. Judex enim ad jurisdictionem ordinatur, & non e converso. Sed Imperio est jurisdictio, omnem temporalem jurisdictionem ambitu suo comprehendens: ergo ipsa est prior suo judice, qui est Imperator: quia ad ipsam Imperator est ordinatus, & non e converso. Ex quo patet, quod Imperator ipsam permutare non potest, in quantum Imperator: cum ab ea recipiat esse, quod est. Modo dico sic: Aut ille Imperator erat, cum dicitur Ecclesiæ contulisse, aut non; & si non, planum est quod nihil poterat de imperio conferre. Si sic, cum talis collatio esset minoratio jurisdictionis: in quantum Imperator, hoc facere non poterat. Amplius, si unus imperator aliquam particulam ab Imperii jurisdictione discindere posset, eadem ratione & alius. Et cum jurisdictio temporalis finita sit, & omne finitum per finitas decisiones assumatur: sequeretur, quod jurisdictio prima posset annihilari: quod est irrationabile.

Adhuc,

Adhuc, cum conferens habeat se per modum agentis: & cui confertur, per modum patientis, ut placet Philosopho in quarto ad Nicomachum: non solum ad collationem esse licitam requiritur dispositio conferentis, sed etiam ejus cui confertur. Videtur enim in patiente & disposito actus activorum inesse, sed ecclesia omnino indisposita erat ad temporalia recipienda, per præceptum prohibitivum expressum, ut habemus per Matthæum sic: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, &c. Nam etsi per Lucam habemus relaxationem præcepti, quantum ad quædam: ad possessionem tamen auri & argenti, licentiatam Ecclesiam post prohibitionem illam invenire non potui. Quare si Ecclesia recipere non poterat, dato quod Constantinus hoc facere potuisset de se: actio tamen illa non erat possibilis, propter patientis a dispositionem. Patet igitur, quod nec Ecclesia recipere per modum possessionis, nec ille conferre per modum alienationis poterat. Poterat tamen Imperator in patrocinium Ecclesiæ, patrimonium & alia deputare: immoto semper superiori dominio, cujus unitas divisionem non patitur. Poterat & vicarius Dei recipere, non tanquam possessor, sed tanquam fructuum pro Ecclesia proque Christi pauperibus dispensator; quod Apostolos fecisse, non ignoratur.

Adhuc dicunt, quod Adrianus Papa Carolum Magnum sibi & Ecclesiæ advocavit Longobardorum tempore Desiderii regis eorum, & quod Carolus ab eo recepit Imperii dignitatem: non obstante, quod Michael imperabat apud Constantinopolim. Propter quod dicunt, quod omnes qui fuerunt Romanorum Imperatores post ipsum, & ipse, advocati Ecclesiæ sunt, & debent ab Ecclesia advocari. Ex quo etiam sequeretur illa dependentia, quam concludere volunt. Et ad hoc infringendum dico, quod nihil dicunt; usurpatio enim juris non facit jus. Nam si sic; eodem modo auctoritas Eccle-

siæ

siæ probaretur dependere ab Imperatore: postquam Ottho Imperator Leonem Papam restituit, & Benedictum deposuit, nec non in exilium in Saxoniam duxit.

Ratione vero sic arguunt. Sumunt etenim sibi principium de decimo primæ Philosophiæ, dicentes: Omnia quæ sunt unius generis reducuntur ad unum, quod est mensura omnium quæ sub illo genere sunt. Sed omnes homines sunt unius generis: Ergo debent reduci ad unum, tanquam ad mensuram omnium eorum. Et cum summus Antistes & Imperator sint homines, si conclusio illa est vera, oportet quod reducantur ad unum hominem. Et cum Papa non sit reducendus ad alium: relinquitur, quod Imperator, cum omnibus aliis, sit reducendus ad ipsum, tanquam ad mensuram & regulam. Propter quod sequitur etiam idem quod volunt. Ad hanc rationem solvendam, dico, quod cum dicunt, Ea quæ sunt unius generis, oporteret duci ad aliquod unum de illo genere, quod est metrum in ipso: verum dicunt. Et similiter verum dicunt, dicentes, quod omnes homines sunt unius generis. Et similiter verum concludunt, cum inferunt ex his, omnes homines esse reducendos ad unum metrum in suo genere. Sed cum ex hac conclusione subinferunt de Papa & Imperatore, falluntur secundum accidens. Ad cujus evidentiam sciendum, quod aliud est esse hominem, & aliud est esse Papam. Et eodem modo, aliud est esse hominem, aliud esse Imperatorem; sicut aliud est esse hominem, aliud esse patrem & dominum; homo enim est, id quod est per formam substantialem, per quam sortitur speciem & genus, & per quam reponitur sub prædicamento substantiæ. Pater vero est, id quod est per formam accidentalem, quæ est relatio, per quam sortitur speciem quandam & genus, & reponitur sub genere ad aliud, sive relationis. Aliter omnia reducerentur ad prædicamentum substantiæ, cum nulla forma accidentalis per se subsistat, absque hypostasi substantiæ subsistentis: quod

quod eſt falſum. Cum ergo Papa & Imperator ſint, id quod ſunt, per quaſdam relationes: quia per Papatum & per Imperiatum, quæ relationes ſunt, altera ſub ambitu paternitatis, & altera ſub ambitu dominationis: manifeſtum eſt, quod Papa & Imperator, in quantum hujusmodi habent reponi ſub prædicamento relationis: & per conſequens, reduci ad aliquod exiſtens ſub illo genere. Unde dico, quod alia eſt menſura ad quam habent reduci, prout ſunt homines: & alia, prout ſunt & Papa & Imperator. Nam prout ſunt homines, habent reduci ad optimum hominem, qui eſt menſura omnium aliorum, & idea, ut ita dicam: quisquis ille ſit, ad exiſtentem maxime unum in genere ſuo, ut haberi poteſt ex ultimi ad Nicomachum. In quantum vero ſunt relativa quædam, ut patet, reducenda ſunt vel ad judicem, ſi alterum ſubalternatur alteri: vel in ſpecie communicant per naturam relationis: vel ad aliquod tertium, ad quod reducantur, tanquam ad communem unitatem. Sed non poteſt dici, quod alterum ſubalternetur alteri: quia ſic alterum de altero prædicaretur, quod eſt falſum: Non enim Decius imperator eſt Papa, nec e converſo. Nec poteſt dici, quod communicent in ſpecie: cum alia ſit ratio Papæ, alia Imperatoris, in quantum hujusmodi. Ergo reducuntur ad aliquid in quo habent uniri. Propter quod ſciendum, quod ſicut ſe habet relatio ad relationem, ſic relativum ad relatum. Si ergo Papatus & Imperiatus, cum ſint relationes ſuperpoſitionis, habeant reduci ad reſpectum ſuperpoſitionis, ad quod reſpectu cum ſuis differentialibus deſcendunt: Papa & Imperator cum ſit relativa, reduci habebunt ad aliquod unum, in quo reperiatur ipſe reſpectus ſuperpoſitionis, absque differentialibus aliis. Et hoc erit vel ipſe Deus, in quo reſpectus omnis univerſaliter unitur: vel aliqua ſubſtantia Deo inferior, in qua reſpectus ſuperpoſitionis, per differentiam ſuperpoſitionis, a ſimplici reſpectu

ctu descendens, particuletur. Et sic patet, quod Papa & Imperator, in quantum homines, habent reduci ad unum: in quantum vero Papa & Imperator, ad aliud: & per hoc patet, ad rationem.

Positis & exclusis erroribus, quibus potissime innituntur, qui Romani principatus auctoritatem dependere dicunt a Romano Pontifice: redeundum est ad ostendendum veritatem hujus tertiæ quæstionis; quæ a principio discutienda proponebatur: quæ quidem veritas apparebit sufficienter, si sub præfixo principio inquirendo, præfatam auctoritatem immediate dependere a culmine totius entis ostendero, qui Deus est. Et hoc erit ostensum, vel si auctoritas Ecclesiæ removeatur ab illa, cum de alia non sit altercatio: vel si ostensive probetur, a Deo immediate dependere. Quod autem auctoritas Ecclesiæ non sit caussa Imperialis auctoritatis, probatur sic: Illud, quo non existente, aut quo non virtuante, aliud habet totam suam virtutem, non est caussa illius virtutis: Sed Ecclesia non existente, aut non virtuante, Imperium habuit totam suam virtutem. Ergo Ecclesia non est caussa virtutis Imperii; & per consequens, nec auctoritatis, cum idem virtus sit & auctoritas ejus. Sit Ecclesia a, Imperium b, auctoritas sive virtus Imperii c. Si non existente a, c est in b: impossibile est, a esse caussam ejus quod est c esse in b: cum impossibile sit, effectum præcedere causam in esse. Adhuc, nisi nihil operante a, c est in b: necesse est, a non esse causam ejus quod est, c esse in b: cum necesse sit ad productionem effectus præoperari caussam, præsertim efficientem, de qua intenditur. Major propositio hujus demonstrationis declarata est in terminis. Minorem Christus & Ecclesia confirmat: Christus nascendo & moriendo, ut superius dictum est: Ecclesia, cum Paulus in Actibus Apostolorum dicat ad Festum: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet judicari. Cum etiam Angelus Dei Paulo dixerit parum post:

Ne

Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere. Et infra iterum Paulus ad Judæos existentes in Italia: Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare, sed ut eruerem animam meam de morte. Quod si Cæsar jam tunc judicandi temporalia non habuisset auctoritatem, nec Christus hoc persuasisset, nec angelus illa verba nunciasset: nec ille qui dicebat, Cupio dissolvi & esse cum Christo, incompetentem judicem appellasset. Si etiam Constantinus auctoritatem non habuisset in patrocinium Ecclesiæ, illa quæ de Imperio deputavit ei, de jure deputare non potuisset. Et sic Ecclesia; illa collatione uteretur injuste: cum Deus velit oblationes esse immaculatas. Juxta illud Levitici: Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet. Quod quidem præceptum, licet ad offerentes faciem habere videatur: nihilominus est per consequens ad recipientes. Stultum enim est credere, Deum velle recipi; quod proibet exhiberi. Cum etiam in eodem præcipiatur Levitis: Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Sed dicere quod Ecclesia abutatur patrimonio sibi deputato, est valde inconveniens: ergo falsum erat illud, ex quo sequebatur.

Amplius, si Ecclesia virtutem haberet authorizandi Romanum principem, aut haberet a Deo, aut a se, aut ab Imperatore aliquo: aut ab universo mortalium assensu, vel saltem ex illis prævalentium. Nulla est alia rimula, per quam virtus hæc ad Ecclesiam manare potuisset. Sed a nullo istorum habet: Ergo virtutem prædictam non habet. Quod autem a nullo istorum habeat, sic apparet. Nam si a Deo recepisset, hoc fuisset aut per legem divinam, aut per naturalem. Quia quod a natura recipitur, non tamen convertitur. Sed non per naturalem: quia natura non imponit legem, nisi suis effectibus: cum Deus insufficiens esse non possit,

sit, ubi sine secundis agentibus aliud in esse producit. Unde cum Ecclesia non sit effectus naturæ, sed Dei dicentis: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et alibi, Opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam: manifestum est, quod ei natura legem non dedit. Sed nec per divinam: Omnis namque divina lex, duorum testamentorum gremio continetur: in quo quidem gremio reperire non possum, temporalium sollicitudinem sive curam sacerdotio primo vel novissimo commendatam fuisse. Quinimo invenio, sacerdotes primos ab illa de præcepto remotos, ut patet per ea quæ Deus ad Moysen: & sacerdotes novissimos, per ea quæ Christus ad discipulos. Quam quidem ab eis esse remotam possibile non est, si regiminis temporalis auctoritas a sacerdotio demanaret, cum saltem in authorizando sollicitudo provisionis instaret: & deinde cautela continua, ne authorizatus a tramite rectitudinis deviaret. Quod autem a se non receperit, de facili patet sic: Nihil est quod dare possit, quod non habet. Unde omne agens aliquid, actu esse tale oportet, quale agere intendit: ut habetur in iis quæ de simpliciter ente. Sed constat, quod si Ecclesia sibi dedit illam virtutem, non habebat illam priusquam daret sibi. Et sic dedisset sibi quod non habebat: quod est impossibile. Quod vero ab aliquo Imperatore non receperit, per ea quæ superius manifesta sunt, patet sufficienter. Et quod etiam assensu omnium vel prævalentium non habuerit, quis dubitat? Cum non modo Asiani & Africani omnes: quin etiam major pars Europam colentium hoc abhorreat. Fastidium etenim est, in rebus manifestissimis probationes adducere.

Item: Illud quod est contra naturam alicujus, non est de numero suarum virtutum: cum virtutes uniuscujusque rei consequantur naturam ejus, propter finis adeptionem. Sed virtus authorizandi regnum nostræ mortalitatis, est contra naturam Ecclesiæ: Ergo non

est

est de numero virtutum suarum. Ad evidentiam autem minoris, sciendum, quod natura Ecclesiæ, forma est Ecclesiæ. Nam quamvis natura dicatur de materia & forma, propius tamen dicitur de forma, ut ostensum est in Naturali auditu. Forma autem Ecclesiæ nihil aliud est quam vita Christi tam in dictis quam in factis comprehensa. Vita enim ipsius idea fuit & exemplar militantis Ecclesiæ, præsertim pastorum, maxime hujus summi, cujus officium est pascere oves & agnos. Unde ipse in Joanne formam suæ vitæ relinquens: Exemplum, inquit, dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et specialiter ad Petrum, postquam pastoris officium sibi commisit, ut in eodem habemus: Petre, inquit, sequere me. Sed Christus hujusmodi regimen coram Pilato abnegavit: Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Quod non sic intelligendum est, ac si Christus, qui Deus est, non sit dominus Regni hujus, cum Psalmista dicat: Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus. Sed quia, ut exemplar Ecclesiæ regni hujus curam non habebat: velut si aureum sigillum loqueretur de se dicens, Non sum mensura in aliquo genere: quod quidem dictum non habet locum, in quantum est aurum, cum sit metrum in genere metallorum: sed in quantum est quoddam signum receptibile per impressionem. Formale igitur est Ecclesiæ illud idem dicere, illud idem sentire. Oppositum autem dicere vel sentire, contrarium formæ, ut patet: sive naturæ, quod idem est. Ex quo colligitur, quod virtus authorizandi regnum hoc, sit contra naturam Ecclesiæ. Contrarietas enim in opinione vel dicto, sequitur ex contrarietate quæ est in re dicta vel opinata: sicut verum & falsum ab esse rei, vel non esse in oratione causatur,

ut doctrina Prædicamentorum nos docet. Sufficienter igitur per argumenta superiora ducendo ad inconveniens, probatum est auctoritatem Imperii ab Ecclesia minime dependere.

